


29.C  
4/11

A. XVII. Q. no 309.



4451

4

# QVÆSTIONES THEOLOGICÆ

BREVITER PROPOSITÆ

*Et expositæ, in gratiam tyronum,  
quibus hæc Isagoge servire potest ad  
controversias in negotio religionis absq̃  
difficultate cognoscendas & diju-  
dicandas.*

STVDIO

Iohannis-Henrici Alstedij.



FRANCOVRTI  
Sumptibus CONRADI EIFRIDI.  
ANNO M. DC. XXVII.

2-

LECTORI BENE-  
VOLO.

**P**romisi, lector beneuole, me vniuersam  
theologiam certis definitionibus, regu-  
lis, distinctionibus, & questionibus illustra-  
tam ita tecum communicaturum, vt sin-  
gulis libellis singula ista comprehensa vno  
velut obtutu possis perlustrare. Definitio-  
nes & distinctiones nuper adeo in lucem e-  
misi, & iis certo consilio logicam theologi-  
cam premisi. Iam edo questiones de vni-  
uersa doctrina Christiana, additis breuibus  
responsionibus, quas ex definitionibus, re-  
gulis, & distinctionibus facile est illustrare  
& locupletare. Inter alias vero vtilitates  
huius libelli hac non est postrema: quod ex  
tempore dicturis multimoda materia hic  
obiicitur, & simul index precipuarum con-  
trouersiarum exhibetur. Tu nostro labore  
vtere fruere ad nominis diuini gloriam,  
& tui iuxta atq; aliorum edificationem.  
Scripsi Herbornæ a. d. 15. Febr. anno ex-  
tremæ DEI patientiæ 1626.

CA:

## CAPUT I.

## De Religione.

**C** *U*r religio ante omnia homi-  
mini sit discenda? Quia si-  
ne religione nemo videbit  
Deum.

2. *An una plures reli-  
giones vera esse possint?* N. Nam vt vnus est  
Deus: ita vna est ratio vera colendi vnum  
Deum. Et hæc est religio interna. Quod  
attinet ad religionem externam, illa variat,  
veruntamen ita, vt reducatur ad internam,  
tanquam sui mensuram.

3. *In qua hominis parte sit religio?* Prin-  
cipaliter est in anima, & ratione notitiæ est  
in intellectu, ratione fiducia in voluntate:  
minus principaliter est in membris corpo-  
ris, quatenus illa sunt arma iustitiæ, vt ha-  
bet phrasis Apostoli. Rom. 6.

4. *Vnde oriatur religionum diuersitas?*  
Ex seductione, tum diaboli, tum aliorum  
hominum: & ex vanitate ingenij humani.

5. *An in diue sis religionibus salutem  
poteat sperare?* N. Non enim est quo cas, nisi

A. 2 ad

4. IO. HENR. ALSTED.

ad Christum: nec est qua eas, nisi per Christum Iohan. 14.

6. *An vera religio sit omnis erroris expers?* Si religio consideretur in idea, siue natura sua, statuitur thesis affirmatiua: secus, si eadem spectetur in subjecto. Ita enim plures vel pauciores errores admiscentur veræ religioni ex nostra imbecillitate. Itaque vera religio est magis, vel minus pura.

7. *Quanam sint nota vera religionis?* Dilectio Dei & proximi Matth. 22. non antiquitas qualiscunque, non felicitas externa, non multitudo profitentium, &c. Vide infra de ecclesia.

8. *Num liceat re icere curam religionis in extremam aetatem?* Non licet. Hic enim locum habet istud vulgatum:

*Qui non est hodie, cras minus a, tuus erit.* Et vero cum absq; religionis studio & exercitio non possit constare unio & communio nostra cum Deo, necesse est, ut nullo non tempore religionis curam sedulam suscipiamus.

9. *An vera religio sit antiquissima?* Sic est. Illa enim cœpit in paradiso: & quidem partim ante lapsum Gen. 2. partim post lapsum Gen. 3.

10. *An qualiscunque prescriptio temporis*

QVÆST. THEOLOG.

5

poris faciat ut religio sit vera? N. Nam duo solum sunt tempora, quæ in religionis negotio attendere oportet: videl. initium V. T. Gen. 2. & 3. & initium N. T. de quo in historia Evangelica, in actis & epistolis Apostolorum, denique in Apocalypsi. Extra duos hosce casus nulla valet antiquitas, nulla consuetudo, nulla præscriptio temporis, quantum attinet ad fundamentum & essentiam veræ religionis.

11. *An sola Christiana religio sit vera?*  
In V. T. sola religio Iudaica, quæ sic dicitur per prolepsin historicam, inde ab Adamo usque ad resurrectionem Christi, fuit vera. In N. T. sola religio Christiana est vera.

12. *An religio Iudaica differat specie à religione Christiana?* N. Nam vnus est Christus heri: hodie, & in sæcula Hebr. 13. Differentia itaque non est nisi in gradu & circumstantijs, substantia eadem permanente. Hinc religio Iudaica dici potest Christiana κατὰ πρόληψιν.

13. *An successio in negotio religionis sit spectanda?* Successio doctrinæ est spectanda primario: successio personarum secundario, quatenus videl. comitatur successionem doctrinæ.

14. *An consuetudo & praxis ecclesia sit*

A 3

speñan-

*ſpectanda in religione? Si ſit rationabilis, commendat religionem.*

15. *An in cauſa religionis liceat aliquando cedere pacis cauſa? In externis & adiaphoris licet: in fundamentalibus non item.*

16. *Quomodo poſſimus plurimum in vera religione proficere? Per contentum hujus mundi, & imitationem Chriſti.*

17. *Quid plurimum à vera religione amplectenda ſoleat homines auertere? Amor, admiratio, & imitatio hujus mundi.*

18. *Quid opus ſit factum, ſi quando religio corrupta fuerit? Oportet cor ſuum munire, ne ſeducatur; & pro vitili allaborare, ut ſanetur fractura Joſephi. Quod ſi hoc non liceat, facis eſt ingemſcere ad Deum. Denique ſi corruptionem excipiat perſecutio, conſilium Prophetæ oportet ſequi: *Exite ex ea popule mi.**

19. *An ad veſtam religionem homines ſint cogendi? Minimè. Nam in rebus ad cultum Dei pertinentibus, circa quas verſantur actus religionis elicitæ, ſolus Deus habet poteſtatem in hominum conſcientias. Quod attinet ad actus religionis imperatos, ut ſunt audire verum Dei verbum, non recitare preces idololatricas, &c. ibi locum habet illud Chriſti: *Compelle intrare.**

20. *Num*



20. Num armis propagare liceat veram religionem? Licet; si homines barbari & idololatrici, nobis aduersarij & molesti, hac ratione possint adduci ad fidem Christi. Absesse autem hic debet omnis tyrannis, tum corporalis, tum spiritualis. Deinde cum armis corporalibus conjungi debent arma spiritualia, vt sunt institutio in elementis veræ religionis, mansuetudo spiritus, &c.

21. An liceat veram religionem armis tueri? Maximè. Nam jus gentium dictauit illam formulam: *Pro aris & focis.*

22. Quare Deus permittat falsas religiones tanto numero? Hoc facit iusto iudicio: quod sæpe est occultum, sæpe manifestum. Illud est desertionis; hoc punitionis, probationis, vel castigationis.

23. Quot potissimum modis vera religio prematur? Hæresibus & persecutionibus.

24. An religio vera possit penitus è medio tolli? Non potest. Nam quamdiu hic mundus erit, ecclesia erit in his terris militans.

25. An liceat veram religionem quandoque dissimulare? Minimè. Nam dissimulatio illa est formaliter & intrinsece mala.

26. Quomodo veritas religionis Christiana possit asseri? Ex sanctitate præceptionum,

num, & amplitudine promissionum.

27. *Quanam sit summa religionis Christiana?* Credere inuisibilia, sperare dilata, & amare Deum & proximum, etiam tum, quando sunt nobis aduersarij.

28. *Quanam sint hodie falsarum religionum differentia?* Atheismus, Epicureismus, Mahumedismus, Iudaismus, Hæresis & Schisma dogmaticum.

29. *Vnde instructio de vera religione sit pendenda?* Ex Biblijs magnis & paruis.

30. *Quid in disputationibus in negotiis religionis imprimis spectandum?* Ut vnum sentiamus omnes in ijs, quæ ad gloriam Dei, & ædificationem ecclesiæ sunt necessaria: in reliquis, si sententijs nequeamus, ut animis saltem in vnum coeamus, & unitatem spiritus per vinculum pacis seruemus.

## CAPVT II.

### De Theologia.

#### I.

*AN theologia & verbum Dei differant?*

Theologia positiva, quæ dicitur, est ipsissimum Dei verbum: at methodica est explicatio & applicatio verbi Dei, eaque breuior, in catechesi, vel fusior, in locis commu-

commu-

## QVÆST. THEOLOG.

9

communibus, siue illi proponantur didacticè siue polemicè.

2. *An theologia, quatenus à nobis docetur & discitur, sit vna?* Est vna ratione obiecti, quod est Deus; non est vna ratione patefactionis, quæ est naturalis, vel supernaturalis. Hinc theologia naturalis specie differt à supernaturali. Deinde theologia supernaturalis quantum ad modum docendi & discendi, est catechetica, didactica & quæ non sunt diuersæ species, sed adjuncta.

3. *An theologia sit theoretica, vel practica?* Est simul theoretica & practica, seu mixta ex theoria & praxi. Neq; enim theoria & praxis hic sunt differentia oppositæ, sed conditiones ad vitam æternam consequendam necessario consociandæ.

4. *An theologia nostra in hac vita sit perfecta?* Affirmatur de perfectione partium; negatur de perfectione graduum.

5. *An Deus sit obiectum theologiae?* Sic est: quatenus nempe est cognoscendus & colendus.

6. *An variæ partitiones theologiae possint conciliari?* Omnino. Siue enim dicas theologiam tractare de Deo, & actionibus Dei: seu, de fide & operibus; seu de natura, operibus, & voluntate Dei: seu, de fide, spe, &

chari-

A S

charitate; seu, de summo hominis fine, & medijs consequendi finem istum, &c. semper exhausit Oceanum S. literarum. Interim verum est, alias partitiones, alijs esse accuratiores.

7. *An theologia sit sapientia, scientia, vel prudentia?* Quia est habitus mixtus ex theoria & praxi, consistit esse & sapientiam, & scientiam, & prudentiam.

8. *Quodnam sit principium theologiae supernaturalis catholicum & canonicum?* Solum Dei verbum, prout hodie consignatum est literis Prophetis & Apostolicis.

9. *An sententia Patrum in negotio religionis, adeoque in theologia, recte usurpentur?* Non auctoritatis causa, sed orthodoxi consensus demonstrandi gratia interdum utiliter usurpantur.

10. *An theologa falsa rectè dicitur theologia?*  $\Psi\epsilon\upsilon\delta\omega\nu\acute{\iota}\mu\omega\varsigma \eta\delta\omicron\zeta\alpha\varsigma\omega\varsigma$  ita dicitur.

11. *An theologia vera semper sit pura?* Quia ex parte hic prophetamus, usu venit ut theologia vera multis sæpe inquinetur erroribus. Itaque est pura secundum plus & minus, ut loquuntur. Semper autem est imperfecta tum extensivè, tum intensivè: quatenus nec omnia capimus, nec eo gradu, quo par est.

12. *An theologia symbolica sit argumen-  
tativa? Sane est, si maneat in terminis &  
suo allegoriæ. Alias non item.*

CAPVT III.

*De Catechesi.*

I.

**Q**uid sit catechesis in ecclesia? Est com-  
pendium religionis Christianæ.

2. *An sit vetus illa docendi ratio? Vti-  
que. Nam in V. T. Patriarchæ viva voce  
tradebant liberis suis elementa doctrinæ  
cœlestis. Quæ consuetudo semper in po-  
pulo Dei obinuit. Et in N. T. ipsis Aposto-  
lorum temporibus hæc instruendi ratio  
fuit vsitata, Heb. 5. vers. 12. 13. 4. & cap 6.  
vers. 1. 2. ac longo tempore durauit in ec-  
clesia. Vnde passim apud Patres mentio fit  
catechumenorum*

3. *Quare catechumenis in primitiua ec-  
clesia non licuerit interesse administrationi  
sacramentorum? Quia inter catechumenos  
multi erant, qui ex gentilismo recens adue-  
nerant. Illi ergo prius fuerunt instituendi,  
ne mysteria sacra ipsis viderentur ridicula.*

4. *An de sacra cœna etiam instituendi  
sint catechumeni? Sane. Oportet enim, vt  
omnia catechismi capita catechumenis ex-  
plicentur,*

A 6

5. An

5. *An cate. hesis viva tantum voce tradi debeat?* Etiam scripto utiliter comprehenditur. In erim ex usu ecclesiae est, ut viva voce doceatur.

6. *Quot sint capita catechetica?* In univ. sum sunt sex, hoc ordine: Symbolum Apostolicum, Decalogus, Oratio Domineca, Institutio baptismi, Institutio iacrae coenae, & Disciplina ecclesiastica. Vulgo tamen postremum caput omitti solet, quod non tam neophitis, quam veteranis Christianis conveniat.

7. *An omnia capita catechetica sint eiusdem auctoritatis?* N. Nam symbolum Apostolicum non est pars Scripturae sacrae, ac proinde non diuinam, sed ecclesiasticam habet auctoritatem. Alia est ratio reliquorum quinque capitum.

8. *An explicatio catechetica eiusdem sit auctoritatis cum capitibus siue textibus catecheticis?* N. Nam symboli Apostolici auctoritas est ecclesiastica; reliquorum quinque capitum auctoritas est diuina; explicatio singulorum istorum capitum est auctoritatis humanae, eiusque vel publicae, vel privatae; prout explicatio ista est scripta vel recepta publice, aut privatim.

9. *Quae sit communis & uniuersalis omnium Christianorum catechesis?* Verba ista

Quas  
mum mo  
Explicati  
Caro  
byelberg

C  
De Sy

Quid sit  
compen  
sorem credi  
pobolorum  
2. A  
tio Sicippel  
tem hic est.  
est pars Scri  
pturae conse  
3. An  
mer Apof  
la qui  
author,  
constitui  
fessionis  
4. Qu  
nidat  
tulos  
diuisio

ita

sta capitum modo recitatorum, prout ja-  
cent. Explicatio verborum potest esse va-  
ria. Vnde Catechesis alia est Geneuensis, a-  
lia Heydelbergensis, &c.

CAPVT IV.

*De Symbolo Apostolico.*

I.

**Q**uid sit *Symbolum Apostolicum*? Est  
compendium siue summa rerum ad  
salutem credita necessariorum, inde ab A-  
postolorum tempore in ecclesia receptum.

2. *An Symbolum Apostolicum sit tradi-  
tio?* Sic appellatur ab Augustino. Sensus au-  
tem hic est. *Symbolum Apostolicum non  
est pars Scripturæ sacræ, sed traditio Scri-  
pturæ consentanea.*

3. *An Symbolum Apostolicum ab ipsis-  
met Apostolis in eum ordinem sit redactum?*  
Ita quibusdam videtur: quod Cyprianus sit  
author, Apostolos ab inuicem discessuros  
constituisse tesseram prædicationis & con-  
fessionis. Verum nihil certi potest definiiri.

4. *Quomodo Symbolum Apostolicum di-  
uidatur?* Vetustissima est diuisio in XII ar-  
ticulos. Quanquam alijs antiquior videtur  
diuisio, qua diuiditur in tres partes, qua-

A 7 rum

rum prima est de DEO Patre, secunda de Filio, tertia de Spiritu sancto. Hæc siquidem diuisio originem suam trahit ex formula baptismi, *Baptizate eos in nomen Patris, Filij, & Spiritus sancti.*

5. *Quid sibi velit vox Credo, quæ ad singulos articulos est repetenda? Est idem, quod firmiter statuo rem ita se habere, & ad me pertinere.*

6. *An vox Pater in primo articulo significet primam personam SS. Trinitatis? Ita est. Hoc enim patet ex secundo articulo, ubi vox Filius accipitur de secunda persona Trinitatis.*

7. *Cur Patr tribuatur creatio? Quia vt redemptio peculiari notione tribuitur Filio, & sanctificatio Spiritui sancto: ita creatio Patri. Nimirum Pater creauit omnia per Filium & Spiritum sanctum: Filius in assumpta carne perfecit negotium redemptionis: Spiritus sanctus proximè nos sanctificat.*

8. *Cur omnipotentia potius quam aliorum Dei attributorum fiat mentio in primo articulo? Quia si quis credat, Deum esse omnipotentem, is & reliqua Dei attributa, & sequentes symboli articulos absque vllò negotio credet.*

9. *Cur*

QUEST.  
 Cur med  
 traico,  
 gnetur, i  
 am & Gen  
 Cur med  
 Quia est  
 antique  
 ditione  
 Cur med  
 Quia voc  
 ter noster,  
 Spiritu  
 41.  
 An C  
 scilicet Nam  
 re: no em  
 generatione  
 creationis &  
 nis.  
 An C  
 Spiritu  
 tione Spiritu  
 Luc. 1.  
 14. Qu  
 possida  
 ria creatio  
 incubu  
 do videl  
 massam



9. *Cur mediator noster appelletur nomine Hebraico, Iesus, & Græco, Christus? Ut significetur, ipsum esse redemptorem Iudæorum & Gentium.*

10. *Cur mediator noster appelletur Iesus? Quia est architectus salutis nostræ. Non itaque typicè, aut æquivocè, sed architectonicè appelletur Iesus.*

11. *Cur mediator noster appelletur Christus? Quia unctus est propheta, sacerdos, & rex noster, & quidem oleo lætitiæ, id est, Spiritu sancto, ultra consortes suos. Psal. 45.*

12. *An Christus propriè sit Filius Dei? Sic est. Nam est unigenitus ille Patris, qui ab æterno emanat ab ipso per ineffabilem generationem. At nos sumus filij Dei iure creationis & redemptionis seu adoptionis.*

13. *An Christus sit conceptus ex natura Spiritus sancti? N. Nam virtute & operatione Spiritus sancti concepit Maria virgo. Luc. 1.*

14. *Quanam similitudine illustrari possit ista conceptio? Peti illa potest ex historia creationis, vbi Spiritus sanctus dicitur incubuisse superficiem aquarum fecundando videl. aquas. Eodem modo fecundavit matrem illam sanguinis Mariæ, ex qua corpus*

pus

pus Christi formatum est. Hoc tamen interest, quod foecundario illa Mariae fuit specialissima quoque sanctificatio.

15. *Quid de natiuitate Christi ex uirgine imprimis sit tenendum?* Christus est natus iuxta uaticinium, *Esa. 7. 9* & 11. anno mundi 1348. tempore autumnali, ex tribu Iuda, matre Maria semper-uirgine, Bethlehemi in Iudæa, loco humili, Imperatore Augusto angelis lætantibus & annuntiantibus, bono totius ecclesiae.

16. *Cur non fiat mentio uita Christi in Symbolo?* Quia sub natiuitate reliqua uita comprehenditur.

17. *Quid Scriptura potissimum tradat de uita Christi?* Infantiã eius quod atinet, describitur Christi egestas seu paupertas, circumcisio, oblatio in templo, magorum aduentus, fuga Domini in Ægyptum, infanticidium Herodis, mansio Domini in exilio Ægyptiaco, reditus in patriam, & incrementa donorum Dei in eo. *Adolescentia* annus duodecimus solum exprimitur, quo docuit in templo. *In uirili etate*, anno nempe 30. finiente, baptizatus est à Iohanne, post à Satana tentatus, & dehinc aggressus functionem muneris sui prophetici, quam varijs concionibus & miraculis, usque ad annum ætatis 35. amicis iuxta & aduersarijs suis probauit. 18. *Quid*

18. *Quid de passione Christi summam tenendum?* Christus primo est passus juxta vaticinium *Psal. 22. & Esa. 53.* & juxta typos, qui sunt tum in sacrificijs hiasticis, itemque in agno paschali; tum in personis, vt Isaaco, Iosepho & Dauide. *Deinde* cepit pati in ipso vitæ suæ exordio, vsque ad magnam & extremam illam passionem, quam sustinuit in horto, in iudicio ecclesiastico, in iudicio politico sub Pontio Pilato, & extra urbem, imperante Tiberio, tempore verno. *Tertio* passus est innocens, sciens, volens, patienti animo. *Quarto* passus est in vnitate personæ, vt Immanuel, seu *θεοάνθρωπος*, afflictionem infinitam, à Patre suo cœlesti, à discipulis, à Iudæis, à Gentibus. *Quinto* passus est non succumbendo, sed in victo animo. *Denique* passus est nostro bono, vt passione sua, tanquam propitiatoria, satisfactoria, meritoria, & redemptoria incredibilem suum amorem erga nos faceret testatum, nosque ab æterna passione liberaret.

19. *Quid de crucifixione Christi summam tenendum?* Christus crucifixus est, non more Iudaico, sed gentili, in monte Caluarix, inter duos latrones, vigesimo quinto Martij, die Veneris, vt maledictionem æternam, quæ nos premebat, tolleret ac velut cruci affigeret.

20. *Quid*

20. *Quid de morte Christi summam tenendum?* Christus verè est mortuus, ita ut gustauerit & superauerit mortem temporalem & æternam, ne oues ipsius, necesse haberent, vtrique morti succumbere.

21. *Cur Christus sepultus sit?* Ut testatum faceret, se verè mortuum esse, nostraq; sepulchra sanctificaret.

22. *Quomodo Christus descenderit ad inferos?* Experiendo statum mortuorum & sepulchrorum, qui consistit in hisce. 1. in commoratione corporis in sepulchro. 2. in insultatione hostium. 3. in eo, quod anima Christi, postquam à corpore fuit separata, descendit in locum damnatorum, ibique se mortis & inferorum victorem demonstrauit, arque inde in paradysum emigrauit. Confer Eph 4. v. 9 Luc. 23. v. 43.

23. *Quid de resurrectione Christi summam tenendum?* Christus tertio die, qui ab illo dicitur dominicus, excitatus fuit à mortuis, iuxta vaticinium, Psalm. 16. & typum Matth. 12. vers. 39. 40. v. se demonstraret victorem mortis, & resurrectionem nostram è morte spirituali & corporali partim obsignaret, partim procuraret.

24. *Quid de ascensione Christi summam sit tenendum?* Christus, postquam 40. dies

dies

es post resur  
rexitatus fu

ium Psalm.  
Eliz & sum

corpore  
um ascend

Paris, & apud  
25. Quomodo

nam patri?  
duo; opt. ma

& reliquam  
noem obear

26. Quomodo  
vitium iud

pareat in thro  
comitantibus  
ad se traduca

dos autem  
terni.

27. Quomodo  
sancto? Duo  
sit verus De

rum de ipsius  
sanctos ma  
mando nos

28. Quomodo

dies post resurrectionem suam è mortuis conuersatus fuit cum discipulis; juxta vaticinium *Psalm. 68. vers. 19.* & typum Enochi, Eliæ & summi sacerdotis, *Ezech. 44. v. 1. 2. 3.* corpore suo ex his terris in cœlum tertium ascendit, vt ibi sedeat ad dextram Patris, & apud illum pro nobis intercedat.

25. *Quomodo Christus sedeat ad dextram Patris?* Ita vt summam gloriam, mediatoris; opt. max. convenientem, obtineat, & reliquam officij mediatorij administrationem obeat, docendo sanctos angelos & animas, intercedendo pro nobis, & regendo ac regendo nos in medio inimicorum suorum & nostrorum.

26. *Quomodo Christus sit rediturus ad vltimum iudicium?* Ita vt in fine seculi appareat in throno majestatis, forma visibili, comitantibus sanctis angelis, & oues suas ad se traducat in sempiterna gaudia, hædos autem detrudat in locum supplicij æterni.

27. *Quot capita sint tenenda de Spiritu, sancto?* Duo: vnum de ipsius persona, quod sit verus Deus vna cum Patre & Filio; alterum de ipsius officio, quod nobis inspiret sanctos motus, reformando & transformando nos in nouas creaturas.

28. *Quid sit credere in Patrem, Filium, & Spi-*

*Et spiritum sanctum?* Omnem suam fiduciam in tribus: hisce deitatis personis collocare, omniaque bona ab illis expectare, deniq; se & sua ipsis vnice probare ac consecrare.

29. *Quid sit credere ecclesiam, communionem sanctorum, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam aeternam?* Non solum certo statuere ista partim esse, partim fore: sed etiam sibi ista adjudicare, indeque solidum gaudium capere.

30. *Quid sit ecclesia sancta & catholica?* Est coetus eorum, qui inde ab initio mundi vsque ad eius finem Christo incorporati, ab eo donantur sanctitate, quae perdurat in vitam vsque aeternam.

31. *Quid sit communio sanctorum?* Est vinculum Spiritus, quo sancti homines cum capite suo Christo & inter sese communia habent omnis generis bona & mala.

32. *Quid sit remissio peccatorum?* Est beneficium Dei, quo ille peccatorum nostrorum non amplius recordatur, sed nos habet pro justis in Christo & propter Christum.

33. *Quid sit resurrectio carnis?* Est reproductio hujus corporis, quod in hac vita gesta-

QV  
 ptamus, v  
 nali DE  
 ptamus.  
 34. Quid  
 ne gaudij  
 nes, & ipso  
 me xuum.  
 35. An  
 audatur v  
 dam exemp  
 si enim sym  
 peccatio: ta  
 la, quatenus  
 rationem n

QV  
 leg  
 rum, v  
 strz.  
 2. Q  
 nerali di  
 particular  
 quatuor  
 Deum in  
 quare ip

gestamus, vt in illo compareamus coram  
tribunali DEI, & præmium vel pœnam re-  
portemus.

34. *Quid sit vita æterna?* Est status glo-  
riæ & gaudij, in quo erimus Deo confor-  
mes, & ipso fruemur modo ineffabili, in o-  
mnæ æuum.

35. *An symbolum Apostolicum rectè  
c. audatur voce Amen?* Videas in quibus-  
dam exemplaribus addi hanc voculam Et-  
si enim symbolum Apostolicum non est  
precatio: tamen potest obsignari hac vocu-  
la, quatenus illa confirmationem & asseue-  
rationem notat.

---

## CAPVT V.

### *De Decalogo.*

#### I.

**Q***uid sit decalogus?* Est compendium  
legis moralis, à Deo per Moysen tradi-  
tum, vt sit regula vitæ & vocationis no-  
stræ.

2. *Quomodo diuidatur decalogus?* Ge-  
nerali diuisione diuiditur in duas tabulas:  
particulari, in decem præcepta, è quibus  
quatuor pertinēt ad primam tabulam, quæ  
Deum imediatè respicit; sex ad secundam,  
quæ respicit in proximum.

3. *An*

3. *An præceptum de dijs alienis sit primum, secundum de imaginibus?* Ita est. Nam Deus ipse distinguit hæc præcepta, & res ipsa hanc distinctionem probat. Nam habere deos alienos est ex creatura facere Deum: at fingere imagines religionis causa, est ex Deo facere creaturam siue per imaginem representemus Deum, siue in imagine & per imaginem colamus Deum.

4. *An præceptum de concupiscentia sit unum?* Sic est. Nam eadem specie concupiscentia prohibetur, siue illa sit domus, siue vxoris, siue serui, siue rerum aliarum, quæ sunt proximi nostri. Quod si multitudo objectorum variaret speciem concupiscentiæ, quæ hic prohibetur, neq; modus, neque finis foret præceptorum.

5. *Quanam sint virtutes primi præcepti?* Studium cognoscendi Deum, fiducia, amor, timor, adoratio, inuocatio, gratiarum actio, patientia, &c. seu, fides, spes, & charitas.

6. *An omnes imagines prohibeat Deus in secundo præcepto?* Non: sed eas duntaxat, quæ sunt religionis causa.

7. *An nullas imagines in templis habere liceat?* Religionis causa non licet. Si ornatus politici causa adhibeantur, opus est cauto, ne occasio præbeatur idololatriæ.

8. *Quare*

Quæ  
Quare De  
Quia  
infini  
Car De  
partim feri  
Quia radi  
legam cult  
integritatem  
Quid sit  
Leuter  
pheme nomi  
11. Quid sit  
tinere ab ope  
is, adeoq; ce  
ternum.  
12. An præ  
niale? Est mi  
num è septem  
teremus; &  
num ex piaz  
ecclesiam con  
13. Quid  
eos, qui in  
loco, quo D  
Deum illis o  
more, ore, &  
14. An  
10. præcepto  
longa vita



8. *Quare Deus tam seuerè prohibeat imagines?* Quia facilis hic est lapsus in idolatriam infinitam.

9. *Cur Deus imagines in arca & templo partim fieri iusserit, partim prohibuit?* Quia hæc rudimenta pertinuerunt ad pædagogiam cultus ceremonialis, non vero ad integritatem cultus moralis.

10. *Quid sit nomen Dei usurpare in vanum?* Leuiter, irreuerenter, perfide, & blaspheme nominare Deum.

11. *Quid sit sanctificare sabbatum?* Abstinerere ab operibus seruilibus, & carnalibus, a deoq; celebrare sabbatum externum & internum.

12. *An præceptum quartum sit ceremoniale?* Est mixtum: quia morale est, ut vnum è septem diebus Deo in solidum consecremus; & ceremoniale est, diem septimum ex præscripto Dei rigido, veterem ecclesiam concernente, obseruare.

13. *Quid sit honorare parentes?* Omnes eos, qui sunt in statu eminentiæ, habere eo loco, quo Deus illos esse voluit, & propter Deum illis omnia honoris indicia amore, more, ore, & re facere testata.

14. *An aliquid sit ceremoniale in quinto præcepto?* Est: nimirum promissio illa de longa vita in terra Canaan.

15. An

15. *An omnis cades sit prohibita?* Non omnis: sed illa solum, quæ proficiscitur ex vindictæ cupiditate, aut leuitate, aliave causa injusta.

16. *Quid per cades intelligatur?* Oidium, inurdia, rancor, homicidium, mutilatio, &c.

17. *Quid per adulterium intelligatur?* Omnis impuritas carnalis in cogitationibus, dictis, gestibus, & factis.

18. *An adulterium sit capitale?* Sanè de jure diuino.

19. *Quid per furtum intelligatur?* Omnis illicitus modus acquirendi: vt Simonia, plagium, sacrilegium, feloniam, peculatus, injusta vlna, &c.

20. *An furtum, quod tale sit capitale?* N. Vide *Exod. 21.* At si alia scelera concurrant, illa furtum possunt reddere capitale. v.g. vis publica, effractio nocturna, malitiosa iteratio, ac similia.

21. *An vjura omnis sit illicita?* N. Est enim alia moderata, alia immoderata. Moderatio autem pendet à lege charitatis, jure ciuili, & consuetudine rationabili.

22. *An pro proximo liceat dicere falsum testimonium?* Non licet: quia in gratiam proximi non est offendendus Deus. Nec est legitima charitas, vbi exulat pietas.

23. *An*

23. *An ullum mendacium sit laudabile?* N. Est enim peccatum, quod pugnat cum veracitate.

24. *An omnis concupiscentia sit damnanda?* N. Est enim alia ordinata & moderata, alia inordinata & immoderata.

25. *An concupiscentia, qua discrepat à lege DEI, sit peccatum originale, vel actuale?* Quatenus significat propensionem & procliuitatem, est peccatum originale; quatenus cupiditatem, quæ in neruum erumpit, est peccatum actuale.

CAPVT VI.

*De Oratione Dominica.*

I.

**Q**uid sit oratio Dominica? Est compendium earum rerum, quæ à Deo sunt petendæ, præscriptum à Domino & Seruatore nostro Iesu Christo, vt sit norma precationis.

2. *An alia etiam formula precandi præter hanc sint usurpanda?* Omnino: si nempe diuinæ huic formulæ sint consentaneæ.

3. *Quomodo diuidatur oratio Dominica?* In πρόλογον, λόγον, & ἐπίλογον. Πρόλογος est exordium, in illis verbis: *Pater noster,*

B noster,

*noster, qui es in caelis*. λόγος continet sex petitiones. *Επίλογος* complectitur Confirmationem, *Quia tuum est regnum, & Obsecrationem* in vocula, *Amen*.

4. *Quid sibi velit vox Pater hoc loco?* Non accipitur ὑποσαλιῶς pro prima persona SS. Trinitatis, sed οὐσῶς pro tribus personis simul. Id enim indicat vocula *Noster*. Nam ita docemur, Deum esse Patrem nostrum jure creationis & redemptionis.

5. *Cur Deus dicatur esse in caelis?* Ut natura Patris nostri ob oculos nobis ponatur: quod nempe non sit Pater terrenus, qui est impotens & indigus, sed caelestis, qui est omnipotens & sibi nobisque sufficiens.

6. *An sint sex petitiones?* Ita est. Nam sexta petitio est axioma discretum, quod vtrique haberi debet pro vno.

7. *Quid sit sanctificare nomen Dei?* Sanctificatio cogitare, loqui & scribere de essentia, operibus & voluntate Dei, & omnia referre ad diuini nominis gloriam, denique alios inuitare ut hoc idem juxta nobiscum faciant.

8. *Quomodo petamus, ut veniat ad nos regnum Dei?* Ut post studium gloriae DEI nihil nobis sit prius, nihil antiquius, quam

vt regnum gloriæ, seu vita æterna, hic in nobis inchoetur, & tandem aliquando, in nobis, & omnibus fratribus nostris consummetur.

9. *Quomodo petamus, vt fiat voluntas Dei? Vt nos faciamus & patiamur voluntatem Dei.*

10. *A: possimus in hac vita facere & pati voluntatem DEI, vt iam faciunt & patiuntur cœlites? Non gradus perfectionis, sed affectus imitationis hic attenditur.*

11. *Quid sit panis ἐπιτρούς, & qui facit ad sustentationem οὐσίας ἡμῶν, a hac vita animali.*

12. *Cur dicitur panis noster? Quia petimus nobis dari panem nostrum, non alienum.*

13. *Cur petamus panem illum dari nobis hodie? Vt alieni simus à sollicitudine ethnica, quæ conjuncta est cum diffidentia & appetitu infinito.*

14. *Cur peccata appellentur debita? Quia nos reddunt Deo obnoxios, & nos premunt instar debitorum.*

15. *Cur petamus, vt Deus nobis remittat debita nostra, sicut nos remittimus debitoribus nostris? Vt habeamus testem domesticum & veluti sigillum justificationis*

nostri coram Deo. Neq; enim hic vel causa, vel gradus remissionis peccatorum indicatur.

16. *Cur singulis momentis petamus à Deo, ut nobis remittat peccata, cum iustificatio sit actus indiuiduus? Petimus in laudari & confirmari sensum justificationis.*

17. *An nos possimus proximo, qui nos offendit, remittere debita ipsius? Offensam, qua ille Deum offendit, non possumus ipsi remittere, sed duntaxat illam, qua nos offendit.*

18. *An omnes tentationes deprecemur? N. Sunt enim quædam tentationes ad bonum.*

19. *Quomodo Deus inducat in tentationem? Iudicialiter, non moraliter, quo sensu diabolus & homines inducunt in tentationem.*

20. *Quis sit ille malus, à quo liberari petimus? Est Satan cum suis Squamis, & omnibus ijs, quibus ille utitur & abutitur ad nos seducendum.*

21. *Qualis sit liberatio illa, quam hic petimus? Non est totalis & finalis illa, quæ post vitam cuiusque, electi & tandem in fine seculi omnibus electis accidet: sed ista, quæ nobis opus est, quando tentationes nos inuadunt partim in hujus vitæ curriculo, partim in mortis agone.*

22. *An*

22. *An recte omittatur clausula illa orationis Dominica Quia tuum est regnum, &c. N. Extat enim apud Matthæum, & continet argumenta fiducia.*

23. *An particula Amen sit optantis vel asseuerantis? Est & optantis, & asseuerantis: quia optando asseueramus, & asseuerando optamus.*

---

CAPVT VII.

*De Institutione Baptismi.*

I.

**Q***uando baptismus primum sit institutus? Cum Iohannes cœpit illum administrare in Iudæa. Quod vero attinet ad institutionem illam Matth. 28. illa respicit baptismi extensionem ad gentes.*

2. *Quid sibi velit vox μαθητεύειν Matth. 28. Significat discipulos facere. Fit autem aliquis discipulus Christi vel immediate, vt adultus, qui audit Euangelium, & Christo nomen dat: vel mediate, vt cum infantes, qui nascuntur é Christianis parentibus, censentur in foedere. Idem est iudicium de infantibus & liberis adutorum, qui recens conuertuntur ad Christum.*

3. *Quinam sint baptizandi? Omnes.*

B ; qui

qui sunt discipuli Christi recens facti, siue per natiuitatem, siue per confessionem.

4. *Quid sit baptizare?* Est lauare, tingere, immergere vel aspergere aliquem aqua, in nomen Patris, Filij, & Spiritus sancti.

5. *An perinde sit, siue immersio, siue aspersio adhibeatur?* Sic est. Nam illa significat & obsignat sepulturam veteris hominis; hæc, asperisionem sanguinis Christi.

6. *Quid sit baptizare in nomen Patris, Filij, & Spiritus sancti?* Obligare aliquem ad cultum præstandum Deo vni & trino, & velut adigere ad iuramentum fidelitatis: vbi cernitur mutua promissio.

7. *An baptismus vi operis operati iustificet?* N. Nam gratia justificationis non potest pendere ab elemento aquæ.

8. *Quisnam sit usus baptismi in omni vita?* Seruit consolationi conscientie, & in-  
stitutioni seu praxi pœnitentiæ.

## CAPVT VIII.

### *De Institutione S. Cœnæ.*

#### I.

**Q**uisnam instituerit S. Cœnam? Christus; & quidem immediate.

2. *Cur Christus instituerit S. Cœnam*  
paulo



*paulo ante mortem suam?* Partim vt han<sup>c</sup> sacram actionem nobis cōmendaret, quod dicta & facta hominis moribundi soleant in primis obseruari: partim vt hoc veluti testamentum nobis relinqueret.

3. *Quibus instituta sit S. Cœna?* Omnibus, qui se gerunt pro discipulis Christi.

4. *In quem finem sit instituta S. Cœna?* Vt sit memoriale mortis Christi, & velut imago viua passionis ipsius.

5. *Quanam sint symbola externa in S. Cœna?* Panis & vinum.

6. *Cur Christus adhibuerit panem?* Quia panis est regina omnium esculentorum, adeoque conuenientissime figurat cibum animæ nostræ.

7. *Cur Christus adhibuerit vinum?* Quia vt panis inter esculenta, sic vinum inter potulenta primatum obtinet, adeoque conuenientissima analogia repræsentat potum animæ nostræ.

8. *Cur Christus panem & vinum in S. Cœna coniunxerit?* Quia instituit epulum, quod requirit vsum cibi & potus simul.

9. *Cur Christus panem fregerit?* Vt fractionem corporis sui nobis ob oculos poneret.

10. *Qualis panis sit adhibendus in S. cœna?* Qui est vitatus aliquo in loco: siue fiat

ex tritico, siue ex hordeo, siue ex oryza, siue ex radicibus, &c.

11. *Qua' e vinum sit adhibendum in S. Cæna?* Quod est vsitatum aliquo in loco: vs est vinum Rhenanum, Græcum, vel quod loco vini vsurpatur tanquam vino analogum.

12. *Quis sit sensus illorum verborum: Hoc est corpus meum?* Ilte: Panis hic, quem fregi, est sacramentum corporis mei: seu, Panis hic est corpus meum sacramentaliter.

13. *Quis sit sensus illorum verborum: Panis est sacramentum corporis Christi?* Ilte: Panis ille est pictura, artha, sigillum, & medium, quod mihi ob oculos ponit corpus Christi crucifixum, & me certum reddit, animæ meæ tam certo exhiberi fruendum Christum cum omnibus beneficijs, quam vere panem istum benedictum ego accipio & comedo.

14. *Annon corpus Christi est præsens in S. Cæna?* Sane est. Sed ideo non includitur Pani: cum sit præsens animæ fidei.

15. *An vinum in S. Cæna sit sanguis Christi?* Est: sed sacramentaliter. Vide quæst. 12 & 13.

16. *Num in vino sit sanguis Christi?* Non est. Interim tamen reuera est in S. Cæna: quatenus

quatenus nempe vi promissionis Dei & fidei nostrę vniuntur res terrestres & cœlestis.

17. *Quomodo vinum S. Cœna sit nouum testamentum?* Quatenus est signum & sigillum, siue sacramentum, noui testamenti per effusionem sanguinis Christi sanciti.

18. *Quomodo Domini sit recordandum in S. Cœna?* Theorice & practice. Ibi est atenta & deuota consideratio mortis Christi: hic est gratiarum actio, quę fit corde, ore, & re ipsa.

19. *An quibuslibet fidelibus adultis sit accedendum ad S. Cœnam?* Non nisi illis, qui se rite præpararunt siue probarunt.

20. *Quanam in re consistat recta præparatio ad S. Cœnam?* In agnitione & deploratione miserię atque proprię indignitatis: fiducia misericordię DEI & dignitatis à Christo acceptę: & denique serio proposito de mutatione vitę in melius suscipienda.

CAPVT IX.

*De formula discipline Ecclesiasticę.*

1.

**Q**uid sit disciplina Ecclesiastica? Est actio partim communis omnium ec-

**B** **S** **cle** **si** **ę**

eclesiae membrorum, partim propria eorum qui praesunt, qua illi dant operam, ne per peccata manifesta vel occulta respublica Christi detrimentum capiat.

2. *An huiusmodi disciplina sit necessaria in ecclesia?* Affirmativam confirmant institutio Christi, Matth 18 & praxis V. & N.T.

3. *Quinam sint gradus disciplina Christiana?* Isti quatuor: videl. admonitio solitaria, admonitio socia, admonitio ecclesiastica, & excommunicatio.

4. *An singuli gradus admonitionum semel tantum sint observandi?* N. Oportet enim instare, & velut duplicare, triplicare, & quadruplicare.

5. *Qua moderatio in singulis admonitionum gradibus sit adhibenda?* Quae decet Spiritum mansuetudinis, & testatum facit dolorem iuxta & amorem nostrum; illum de peccato, hunc erga peccatorem.

6. *Quotuplex sit excommunicatio?* Minor, & major. Illa est abstentio siue suspensio à S. Coena: hæc est publica & solennis exclusio ex regno DEI, quamdiu nulla apparent signa poenitentiae.

CAP.

CAPVT X.

De S. Scriptura.

I.

**N**um de salute sufficienter homo institu-  
ti possit ex libro natura? N. ex Rom. I.  
Ideo Deus adjecit librum Scripturae.

2. An liber Scripturae semper fuerit in  
ecclesia? N. Nam Deus ab initio instituit  
homines viua voce.

3. Cur viua vocis usum Deus non ser-  
ua it? Quia cum ecclesia non amplius in  
familiaris fuit conseruata, sed longius est  
propagata, constituta certae politicae forma,  
Deus voluit verbum suum literis manda-  
ri.

4. An verbum DEI, quod est in literas  
re'atum, sit loco viua DEI vocis? Ita est.  
Manet enim idem DEI verbum, quantum  
ad rem & substantiam attinet, siue profera-  
tur viua voce: siue literis consignetur.

5. Quot modis dicatur verbum DE I  
Est 1. verbum eterne generationis, vt Chri-  
stus. 2. verbum omnipotentis creationis, vt  
Gen. 1. Esto lux. 3. verbum interna operati-  
onis, quod sonat in cordibus nostris. 4.  
verbum externa enuntiationis, adeoque

prædicationis & scriptionis. Hoc vñitate appellari solet *verbum DEI audibile*. s. *verbum* externæ picturæ in sacramentis, quod eleganter appellatur *verbum visibile*. Breuiter: *Verbum DEI* est æternum, internum, vel externum, & hoc creationis, prædicationis, vel sacramentalis institutionis.

6. *An verbum DEI internum & externum differant?* Non differunt specie, sed efficacitate.

7. *An verbum DEI ἀγραφον & ἔγγραφον, non-scriptum, & scriptum, differant?* Non differunt re, sed modo.

8. *Quando cœperit verbum DEI in ecclesia?* In Paradiso, idq; ante & post lapsum, Gen. 2. & 3.

9. *Quando cœperit Scriptura sacra?* Tempore Moſis. Quod attinet ad ea, quæ Seth dicitur inscriptiſſe columnis duabus, quæque ab Enocho, & alijs scripta dicuntur, illa non sunt à Deo sanctificata, vt referrentur in canonem. Merito itaque ista dicuntur ἀγραφα, quanquam non fuerint ἀντίγραφα.

10. *Quando desierit Scriptura consignatio?* Tempore Iohannis Euangelistæ, qui Apocalypſi sua colophonem imposuit canonis sacro.

11. *An*

11. *An Propheta & Apostoli scripserint  
ferentibus ita occasionibus? N. Nam insti-  
tu & mandato DEI scripserunt.*

12. *An Scriptura sacra sit principium fi-  
dei unicum, catholicum, & perpetuum? A.  
Nam ipsi competunt requisita principio-  
rum; utpote quæ debent esse causæ dogma-  
tum verissimæ, primæ, manifestæ, & imme-  
diatæ.*

13. *Vnde Scripturâ habeat suam au-  
thoritatem? A Deo, authore nempe suo.*

14. *An Propheta & Apostoli potuerint  
errare in consignandis rebus sacris? N. In  
hoc enim actu fuerunt amanuenses Spiri-  
tus sancti, qui cor, linguam, & manum i-  
psorum rexit.*

15. *Quo ordine authoritas Scriptura in-  
notescat? Aut à priori, aut à posteriori. A  
priori; quando Spiritus sanctus in nobis  
creat lumen fidei. A posteriori; quando vel  
ecclesia nobis occasionem præbet, ut lega-  
mus Scripturam, & nos iudicium ecclesiæ,  
& orthodoxum illius consensum magis fa-  
cimus; vel ipsi ex diuinis effectis & adjun-  
ctis Scripturæ occasionem sumimus, ut hoc  
Scriptum admiremur, veneremur, & om-  
nibus alijs scriptis anteponamus.*

16. *Quæ sint præcipua argumenta diui-  
nitatis Scriptura? Simplicitas, maiestas, ve-*

**B** 7 **ritas,**

ritas, & perpetuitas. Nam hæc quatuor ita insunt S. Literis, vt in tali forma & gradu nusquam ea sit inuenire.

17. *An ecclesia auctoritas sit supra Scripturam?* Minime vero. Nam ecclesia est discipula, custos seu tabellio, vindex, præco, & interpret Scripturæ.

18. *An sola Scriptura sit iudex controversiarum religionis?* Ita est, si quidem fermo sit de iudice inappellabili & infallibili.

19. *Cur Scriptura dicatur canonica?* Quia est canon fidei, vitæ, & vocationis filiorum DEI: canon, inquam, animi exceptione major, adeoque mensura mensurans & primo prima.

20. *An omnes libri à Prophetis & Apostolis scripti, fuerint canonici?* N. Nam illis solis hoc competit, qui à Deo sanctificati & segregati sunt, vt constituerent canonem. Vnde isti soli appellantur ἐν δὶ ἀριθμοῖς, i.e. testamentarij.

21. *An omnes libri canonici sint eiusdem auctoritatis?* A. Nam diuina auctoritas nõ recipit magis & minus.

22. *Penes quem sit constituere canonem?* Penes solum Deum. Ille siquidem est author fidei, & proinde canonis fidei. Sanxit autem Deus canonem partim immediate, partim mediate. Immediate, quia libri Mo-  
lis



sis diuino mandato juxta arcam positi fuerunt *Deut.* 31. Mediate, quia libri Prophetarum atq; Apostolorum peculiaribus notis, internis & externis, insigniti fuerunt. vt facile à non canonicis potuerint discerni. Huc accedunt ista. 1. scriptoris testimonium *Luc.* 1. v. 1. 3. *Iohan.* 21. v. 24. 2. scriptio facta propria manu *Gal.* 6. v. 1. 3. subscriptio, quæ à fidelibus tunc temporis cognoscebatur. 2. *Thess.* 2. v. 2. & 3. v. 17. 4. fidei testes, qui in inscriptione, vel salutationibus adhibentur, *Rom.* 16. v. 21. 22. 1. *Cor.* 1. v. 1. & 16. v. 19. 5. Prophetarum indicium & iudicium. Nam prophetiæ donum etiam in primitiua ecclesia N. T. viguit. Ex his & similibus patet, Deum per hæc media effecisse, vt libri sacri ab ecclesia tales agnoscerentur. Est autem hic animaduertendum discrimen inter ecclesiam primitiuam N. T. posteriorem. Nam in illa certum iudicium de libris canonicis fieri & haberi potuit: at huic non competit nisi recognitio, & diuini hujus depositi, diuinitus sibi commissi, apud posteros commendatio, & in manus traditio.

23. *An ecclesia ex libro non-canonicali possit facere canonicum?* N: ex quaest. præced.

24. *Quomodo vetus & nouus canon connectuntur?*

conne-

*conueniant & differant?* Conuenientia est in fundamento salutis: differentia est in gradu perfectionis & perspicuitatis.

25. *An in Scripturis inueniatur falsitas & contradictio?* N. Esi enim quædam ἐναντιοφάνη occurunt: nulla tamen ibi sunt ἐναντία.

26. *An Scriptura sit sufficiens & perfecta?* Sic est. Continet enim omnia, quæ homini viatori satis sunt ad gloriam DEI & propriam salutem.

27. *An canon fuerit perfectus in libris Moſis?* Pro illo tempore fuit perfectus: quomodo videmus compendium artis sufficere tyroni.

28. *An singuli libri in canone sint perfecti?* Sunt; ea nempe perfectione, quæ conuenit partibus: quomodo videmus oculum, manum, pedem, &c. in suo genere esse perfecta.

29. *An opus sit traditionibus ad Scripturam supplendam?* N. Nam traditiones aut sunt Scripturis consensuaneæ, aut dissensuaneæ. Ille non supplet Scripturam, sed in illa continentur. He non supplet, sed evertunt ipsam.

30. *An omnes traditiones sint reijcienda?* N. Nam traditio aut est diuina, quæ est ipsa

ipsa Scriptura diuinitus tradita; aut est ecclesiastica, de adiaphoris; aut deniq; commentitia, quæ dicitur supplere Scripturam. Hæc postrema solum est reijcienda.

31. *An Scriptura sit necessaria?* Omnino. Etsi enim ecclesia ante Moysen non habuit Scripturam; habuit tamen ipsius loco viuam DEI vocem. Ex quo autem tempore Deus voluit extare Scripturam, omnes, qui ab ipso vocantur, tenentur illam suspicere, tanquam epistolam sui principis.

32. *An Scriptura, quatenus scriptura, rectè conferatur cum scriptis Poetarum & Philosophorum?* N. Etsi enim omnia scripta in hoc tertio conueniunt, quod scripta sunt: tamen auctoritas scribentis & maiestas rerum facit, vt Scriptura sacra citra blasphemiam notam non possit in comparationem adduci cum scriptis humanis.

33. *Quanam Scripture editio sit authentica?* Originalis seu archetypa. Eiusmodi vero in V. T. est editio Hebraica, & in paucis locis Chaldaica: in nouo Græca.

34. *An Apostoli versionem LXX Interpretum habuerint pro authentica?* Non habuerunt: sed textus ex ea citarunt, quod in manibus esset Iudæorum Ἑλληνιστῶν, & etiam Græcorum. Deinde quæ citarunt loca, consentiunt cum archetypo Hebraico, seu cum fonte.

35. *An vulgata editio Latina rectè pro authentica commendetur à concilio Tridentino?* N. Nam nulla versio potest esse authentica. Deinde versio illa Latina scater erroribus, & barbarismis.

36. *An vulgata illa Latina versio sit Hieronymi?* N. Neque enim stilum Hieronymi redolet: vt taceam, quod in hac versione quædam occurrunt, quæ ab Hieronymo reprehensa leguntur.

37. *Quid de Syriaca versione N. T. sit statuendum?* Est ipsa canitie veneranda, & alijs versionibus merito anteponitur: etsi non in omnibus accedit ad fontem.

38. *An aliquis tuta conscientia possit vti & niti versione aliqua Scriptura?* Qui non est peritus linguarum originalium, vtrique potest: dummodo versionem judicet secundum analogiam fidei, neq; ex illa faciat idolum.

39. *An Scriptura ubique sit perspicua?* Ita est. Cum n. sit lux, lucerna, & phosphorus, neq; prorsus, neq; ex parte obscura esse potest. Quod autem hæc tanta ipsius lux ab homine  $\psi\chi\kappa\omega$  & irrogenito plane nõ videtur, & ab homine regenito quidem, sed adhuc rudi, ex parte tantum videtur. id non arguit Scripturæ obscuritatem, sed nostram imbecillitatem vel peruersitatem.

40. *An*

40. *An Scriptura ita sit clara, ut possit à quolibet intelligi quantum ad principalia?*  
Potest, quantum ad literam attinet.

41. *An Scriptura in quasuis quarumvis gentium linguas sit transferenda? Vt q;*  
Nam si debet ab omnibus Christianis legi, debet in linguas vernaculas transferri: ut possit intelligi.

42. *An cuiusvis, etiam laico, lectio Scriptura sit permittenda?* Sic est. Nam bonum publicum ad omnes pertinet. Deinde laici sæpe magis sunt idonei lectores Scripturæ, quam docti quidam Pharisei: quos nimis quam multos habet hoc seculum.

43. *An opus sit Scripturæ interpretatione?*  
Propter rudes & infirmos sane peropus est.

44. *Quis sit optimus Scripturæ interpres?*  
Ipsa Scriptura. Nam liber librum, versus versum explicat.

45. *An sit multiplex Scriptura sensus?* N.  
Nam Scriptura non est cothurnus, sed de simplici & plano, ut loquuntur, mentem & voluntatem DEI ob oculos nobis ponit.

46. *An Scriptura sensus semper sit literalis?* Ita est. Nam sensus literalis tantum est sensus: siue sit uatiuus, siue figuratus. Quod attinet ad sensum allegoricum, tropologicum, & anagogicum, ille est accidens quo sensus literalis aliter atque aliter accommodatur.

Itaque

Itaque explicatio Scripturæ semper est unica & simplex: applicatio varia.

47. *An sensus allegoricus non possit appellari literalis?* Non potest eo sensu, quo vulgo accipitur. Ita enim allegoria non est oblata, sed quæ sita. Si vero allegoricus sensus idem significet, quod tropicus, omnino pertinet ad literalem. v. g. si enuntiatur illud, *Panis est corpus Christi in eucharistia*, dicamus habere sensum allegoricum.

48. *An predicatio verb: DEI in lingua vernacula sit necessaria?* Statuitur thesis affirmatiua ex praxi ecclesiæ V. & N. T.

49. *Quanam sint partes Scripturæ sacrae?* Partes essentielles sunt materia & forma: integrales, ipsi libri.

50. *Quanam sit materia Scripturæ?* Lex & Euangelium.

51. *An Lex & Euangelium differant specie?* Si justificationem spectes, quam utrumque virget, est differentia specifica, imo & pugna. Si vero justificationem in Christo quæramus, pulcherrima inter hæc duo cernitur subordinatio.

52. *Quanam sit forma Scripturæ?* Forma externa est dispositio librorum canonem constituentium: interna, est conformitas rerum ibi traditarum tum inter sese, tum cum mente DEI.

53. Quo-

53. *Quomodo diuidantur libri V. T.?* In  
historicos, dogmaticos seu poeticos, &  
propheticos.

54. *Quomodo diuidantur libri N. T.?* In  
historicos, dogmaticos seu epistolicos, &  
propheticos.

55. *An præter libros canonicos etiam dē-  
tur alij libri Biblici?* Dantur: videl. Apo-  
cryphi.

56. *Quib<sup>9</sup> argumentis probetur, librū  
al quem esse canonicum?* Argumenta ista  
sunt communia, vel propria. Communia  
sunt apodictica, vel topica. Apodictica  
sunt alia à priori, vt testimonium Spiritus  
sancti: alia à posteriori, vt diuinus chara-  
cter libri, inscriptio & subscriptio consen-  
tiens cum caractere, &c. Topica sunt ec-  
clesiæ, & ethnicorum scriptorum. Propria  
sunt: quod libri canonici V. T. citantur in  
nouo; quod Prophetæ approbant Moſen;  
quod Petrus testimonium prohibet Paulo,  
&c.

57. *Cur libri apocryphi, qui V. T. adiecti  
sunt, non possunt haberi pro canonicis?* Cau-  
sæ sunt aliæ communes, vt quod non sunt  
scripti lingua Hebraica, quod non citantur  
in N. T. quod continent quædam pugnan-  
tia cum canone item inter sese, &c. alię par-  
ticulares singulis libris, vt quod in libro

Tobiæ commemorantur quædam de angelo custode Tobiaë junioris, quæ non sunt vero consentanea; quod in libro quarto Esdæ quædam sunt aliena à gravitate Prophetica, &c.

58. *An epistola ad Hebraeos, apocalypsis Iohannis, & alij quidam libri N. T. sint Apocryphi?* N. Etsi enim variè disputatur & dubitatur à veteribus & recentibus de illorum librorum *αὐθεντία*: tamen substantia & circumstantiæ rerum fidem faciunt, illos esse canonicos. Sanè hic locum habet illud vulgatum: *Ex ungue leonem.*

59. *An liceat ex libris Apocryphis facere canonicos?* Non licet: quia hoc est mentiri & fallere.

60. *Cur vetus ecclesia duplicem constituerit canonem, putà protocanonem & deuterocanonem?* Quia libri canonici sunt canon fidei & vitæ, adeoque protocanon: at libri Apocryphi possunt esse canon vitæ, adeoque sunt deuterocanon.

61. *An libri Apocryphi utiliter legi possint?* Possunt: verum ita, ne vel pro concione explicentur, vel dogmata fidei ex ijs probentur. Interim possunt in concionibus allegari, quando agitur de moribus.

62. *An Apocryphi libri rectè retineantur in Bibliis?* Ita est: quia sine scandalo infirmorum non possunt omitti.



63. *Qua fide, historicæ tantum, an & iustificante credamus, Scripturas alias esse diuinas & canonicas, alias non item? Quod hypocritæ credunt fide historica, id eie & credunt fide iustifica.*

64. *An dogma de Scripturis canonicis in genere & in specie sit articulus fidei? Accuratè loquendo est præcognitum fidei, vel potius symboli Apostolici. Id vero præcognitum ad singulos fidei articulos reduci-  
tur.*

65. *Quomodo homines alieni à fide Christiana preparari possint, ut recipiant S. Literas? Partim per commendationem ipsarum, potissimum ab antiquitate, duratione, & efficacia; partim per collationem cum libro naturæ, & ijs scriptis, quæ homines isti habent in delicijs.*

66. *Quomodo Iudæi possint induci, ut recipiant N. T.? Si ex veteri testamento & vetustissimis Rabbinijs ipsi conuincantur, præterisse tempus, quod aduentui Messiaë fuit destinatum; & simul ostendatur, omnes & singulas notas Messiaë competere in Iesum Christum.*

66): (90



GAR

## CAPVT XI.

## De Deo.

I.

**A**N sit Deus? Affirmatiuam suadent singula capita Scripturæ, singulæ creaturæ, singulæ nationes, singulæ denique politia, œconomia, scholæ.

2. *An Deus habeat nomen?* Ab æterno non habet nomen literis & syllabis expressum: sed in tempore illud in vsum populi sui expressit, idq; non vno modo.

3. *An sint decem tantum nomina DEI Hebraica, prout illa commemorantur ab Hieronymo?* N. Sunt enim & alia: licet decem ista sint præcipua.

4. *An nomina DEI, quæ apud gentiles occurrunt, sint probanda?* Quædam sunt; quæ nempe consentiunt cum S. literis.

5. *An Iehoua, Iah, & Eheieh sint nomina DEI essentialia?* Sic vsitatè dicuntur, quod merum esse, seu solam Dei essentiam, ob oculos ponant: non quod totam essentia rationē (illa enim est ἀκατάλεπτος) exprimant. Quod attinet ad reliqua DEI nomina, vt sunt Elohim, κύριος & illa non sunt essentialia, sed nec accidentalia, verum attributiuæ.

6. *Quid*

6. *Quid significat nomen Iehova?* Deum solum esse à se, & alijs impartiri τὸ esse in regno potentia, gratia, & gloria.

7. *An aliqua sit vis nominis Iehova in patrando miraculis?* N. Neque enim literæ & sonus hic aliquid possunt aut profunt.

8. *An ex nomine Elohim possit probari Trinitas personarum in Deo?* Directe non potest; oblique potest. Nam pluralitas personarum inde recte arcessitur, præsuppositis & appositis alijs fundamentis.

9. *Vtrum aliquis honos deferendus sit DEI nominibus?* Idololatria est hæerere in signo. Itaque oportet vt signum nobis sit *ἡ εἰσαγωγία* ad ipsam rem signatam.

10. *Quid sit Deus?* Est summum bonum.

11. *An detur aliqua definitio DEI?* Quasi definitio datur. Nam Deus non est compositus ex genere & differentia: sed vterque ille conceptus in definitione ipsius exprimitur propter imperfectum nostrum concipiendi modum.

12. *Vtrum aliqua DEI cognitio à natura nobis insit?* Sic est, Etsi enim athei conantur sibi persuadere, Deum non esse: semper tamen recurrit hæc notio omnibus gentibus implantata, esse aliquam mentem architectatricem & gubernatricem maximi & elegantissimi hujus opificij. Confer

Rom. I. § 2.

C

13. *An*

13. *An vnus sit Deus? Ita est vnus: vt vnitas ipsius sit omnium maxima. Nam Deus est summa veritas & bonitas. Ergo & summa vnitas. Itaque non est vnus genere, vel specie: sed numero: & quidem ita, vt similem in isto numero non habeat.*

14. *An vox hac Deus recte dicatur genus Patris, Filij, & Spiritus sancti? Non est nisi quasi-genus. Nam genus proprie dictum est vniuersale. At Deus est indiuiduum, seu res singularis, quæ communiter & æqualiter inest tribus personis.*

15. *Quid sit essentia in Deo? Est ipse Deus. Nam ens & essentia in Deo non differunt.*

16. *An essentia & existentia in Deo distinguantur? Si per existentiam intelligatur subsistentia, statuitur thesis affirmatiua: secus negatiua. Nam essentia DEI non opus habet determinatione aliqua, quæ in rebus creatis penderet ab existentia.*

17. *An emnes perfectiones creaturarum sint in Deo? Formaliter & subjectiuè non sunt: virtualiter & effectiue sunt. Nam Deus est causa vniuersalissima, in qua relucet perfectiones creaturarum cum modo supereminentiæ.*

18. *An essentia DEI sit invisibilis? In se est inuisibilis: at videri potest in aliquo signo, & in humana Christi natura, tanquam in templo intime vnito τῷ λόγῳ.*

QVÆST. THEOLOG. 51

19. *An proprietates DEI essentialia differant ab ipsa essentia, & inter sese? Non differunt re: sed tantum ratione objectorum & effectorum, nostroque concipiendi modo.*

20. *An proprietates DEI sint communicabiles? N. Sunt enim ipsa DEI essentia. Quod autem vilitate diuiduntur in incommunicabiles & communicabiles, id de effectu similitudine est intelligendum.*

21. *An si una DEI proprietas communicetur, statim omnes communicentur? A. Nam omnes proprietates in essentia DEI sunt μείλις αὐτῆς.*

22. *An DEI essentia sit tantum spiritualis? A. Si enim aliquo modo esset corpora, esset composita.*

23. *Quomodo membra humana Deo attribuantur? Per αὐθροπῶσιν αἰθερίαν, in qua metonymia efficientis concurrit cum metaphora. Sic v. g. nasus DEI significat iram, cor amorem, &c.*

24. *An essentia & voluntas DEI sit profusus immutabilis? De essentia statuitur thesis affirmatiua: & similiter de voluntate DEI, quatenus est proprietas essentia. Si vero voluntas DEI ponatur pro eo, quod Deus vult in verbo, statuitur thesis negatiua.*

liua. Nam ibi Deus sæpe conditionaliter voluntatem suam enuntiat.

25. *Quo sensu dicitur pœnitentia in Deum cadere?* Quatenus Deus id facit, q̄ homines, pœnitentia ducti, solent facere: mutando nempe sua beneficia in iudicia, vel contra.

26. *An Deus sit independens?* Ita est. Nam superiorem, a quo dependeat, non habet.

27. *An Deus sit simplicissimus?* A Est enim expers omnis, omnino compositionis & diuisionis.

28. *An in Deo sint partes & accidentia?* N. Ita enim forer compositus.

29. *Quomode tam varia, que de Deo dicuntur, & apud nos sunt distincta, non efficiant in eo compositionem?* Quia omnia in Deo sunt vna essentia; ipsius videl. intelle-

*¶ Sed si* ctus, voluntas, sapientia, iustitia. Sic & tres personæ deitatis sunt vna essentia. Sic denique decreta DEI sunt actus intellectus & voluntatis DEI.

*¶ Si DE* 30. *An solus Deus sit æternus?* Affirmatur de æternitate absolute dicta, quæ in eo est posita, vt aliquid sit principij, successio-  
*¶ ad de* nis, & finis expers.

*¶ quomodo* 31. *Quomodo intelligi possit æternitas?* Si mente concipiamus τὸ νῦν, siue Nunc, *¶ cum ista* semper stetisse & stare.

*¶ si simpli* 32. *An*  
*¶ sita* Sic a. videtur in Deum esse

de re composita ex natura et suppo-  
sitis, sed resp. Tria illa supposita  
sunt supra dicta, & quod libet esse  
QVÆST. THEOLOG. 53 totum est

32. An Deus sit immensus? A. Nam est  
vbiq; nusquam inclusus, nusquam exclu-  
sus.

33. An Deus tota sua essentia sit vbiq;  
locorum in toto mundo, & in singulis eius  
partibus? A. Nam totus hic mundus respec-  
tu Dei est punctum, vel potius nihilum.

34. An Deus etiam sit extra hunc mun-  
dum? Sane. Si enim duntaxat in hoc mundo  
esset, finitus esset.

35. An Dei essentia sit finita, respectu  
nostri? Conceptus nostri finitus est: at id,  
quod concipitur, infinitum esse, intelligitur.

16. Quo sensu Deus, qui vbiq; est, dica-  
tur esse in caelis, in Christo, in sanctis, in ec-  
clesia &c? Presentia Dei est generalis, specia-  
lis, vel specialissima. Primus gradus respi-  
cit hunc mundum seu regnum potentiae; se-  
cundus, regnum gratiae & gloriae; tertius,  
Christum.

37. An Deo indecorum sit esse vbiq;  
N. Nam Deo decorum fuit omnia loca crea-  
re E. indecorum ipsi non est, omnia loca re-  
plere.

38. An Deus sit in loco? Non est in loco,  
vt locatum: quia est illocalis. Est in loco, vt  
causa, locum illum sustentans Quo sensu  
Hebraei Deum eleganter appellant Ma-  
kam.

G 3 39. Vbi

ditionaliter  
ritentia in  
sid facit,  
ent facere  
in iudicia  
ns? Ita est  
adeat, non  
A. Este  
mpositione  
accidentia  
de Deo  
sta, non est  
a omnia  
del, intelle  
Sic & tre  
ia. Sic dem  
tellectus  
Affirma-  
quae in eo  
succesio  
aternitas  
ue Nunc  
2 32. 41

sentiam  
divinam  
quam nobis  
legimus  
quod ad  
vni est  
in Patre  
cum nobis  
Do gl  
narratio  
nij passio  
vni syran  
natura  
accepto  
huius vo  
cubula  
vbiq;  
passivum  
in Filio  
cum modo  
spiratio  
huius seu  
omnia  
tionis  
seu  
vbiq;  
in Spiri  
tu San  
to

39. *Vbi Deus fuerit ante creationem caeli & terra?* Fuit in seipso: sicut & nunc est in seipso, & semper erit in seipso.

40. *An creatura aliqua possit esse ubiq?*  
N. Est enim finita loco.

41. *Qualis sit vita Dei?* Spiritualis, & aequosissima.

42. *An solus Deus sit immortalis?* Affirmatur de immortalitate omnimoda. Ipse enim solus est immortalis natura, ut non possit vlllo modo subire mutationem. Quod attinet ad spiritus creatos, illi sunt immortales gratia, ut possint subire mutationem, si Deus velit.

43. *Quid sit intellectus Dei?* Est purus actus, quo Deus intelligit se, & alia extra se, naturae suae conuenienter. Nam Deus nunquam cessat ab intelligendo.

44. *An Deus omnia intelligat necessario?* Statuitur thesis affirmatiua, non hoc sensu, quod Deus ex necessitate naturae suae res extra se intelligat (ita enim intelligit seipsum duntaxat, tanquam primum intelligibile) sed isto, quod fieri non possit, ut aliquid sit intelligibile, quod Deus non intelligat.

45. *Quid sit voluntas Dei?* Est purus actus, quo Deus vult se ex necessitate naturae suae, & alia vult aut non vult libere, naturae suae conuenienter.

46. *An*



46. *An voluntas Dei sit liberrima? Sic est; quia etsi Deus seipsum vult simpliciter necessario, & alia quædam ex necessitate hypotheseos: nulla tamen hic cernitur co-actio.*

47. *Virum una & simplex, an vero multiplex in Deo sit voluntas? Ratione principij est vna & simplicissima DEI voluntas, utpote quæ est ipsa Dei essentia: sed ratione modi & objectorum voluntas Dei est arcana, vel reuelata; de nobis, vel à nobis; absoluta, vel conditionalis, &c.*

48. *An Deus etiam velit mala? Sanè vult illa fieri, adeoque vult voluntate permittere.*

49. *An ijs, quæ Deus vult, necessitatem, ut sint & fiant, imponat? Affirmatur vniuersaliter de necessitate consequentiæ: negatur de necessitate consequentis, & maxime de necessitate coactionis.*

50. *An voluntas Dei secum aliquando pugnet, dum quadam præcipit, quæ tamen non vult fieri; ac proinde an in Deo sint contrariae voluntates? N. Nam Deus interdum quædam præcipit, quæ habent conditionem subintellectam. Et tum Deus præcipit, non vt voluntatem suam faciat testatam, sed vt homines probet aut excitet.*

51. *An Dei voluntas mutari aut impediri*

C

4

possit?

*possit?* N. de voluntate beneplaciti. Aliter se habet voluntas signi, in verbo reuelata, & ea quidem in thesi spectata.

52. *An Dei omnipotentia se extendat ad impossibilia?* Affirmatur de ijs, quæ sunt impossibilia naturæ: negatur de ijs, quæ sunt impossibilia natura. Ita Deus non potest mori, mentiri, &c. Nimirum omnipotentia Dei excludit omnem impotentiam.

53. *An aliquid sit Deo difficile?* N. Nam omnipotenti omnia sunt æque facilia.

54. *An potentia Dei sit infinita?* Sic est. Etsi enim objecta & effecta ejus actu finita sunt; tamen ipsa à priori spectata est infinita. Deinde si spectetur à posteriori, objecta & effecta ipsius possunt esse plura quam sunt, & sic infinita.

55. *An Deus possit plura efficere, quam efficit?* Affirmatur de omnipotentia ejus absoluta: negatur de actuali.

56. *An Deus possit plura, quam vult?* Eadem est responsio.

57. *An Deus possit agere intensius, quam agit?* Affirmatur de ijs actionibus, quas Deus edit libere.

58. *An in Deum cadat motus?* N. Nam primus motor agit absque motu, & est immobilis.

58. *An in Deum cadat potentia passiva?*  
N. Est

N. Est enim purus actus, qui excludit omnem potentiam passiuam.

60. *An omnipotentia DEI obijciatur non-ens?* Ratione termini à quo & ad quem affirmatur. Nam Deus ex nihilo facit aliquid, & aliquid potest redigere in nihil.

61. *An omnes virtutes cadant in Deum?* quæ sunt θεοῦ γενεῖς, vti que in ipsum cadunt: verum ita, vt non sint qualitates superadditæ ipsius essentiæ, sed mera essentia. Hinc Deus est verax, bonus, justus &c. per essentiam.

62. *An Deus sit omniscius?* A. Sicut enim paterfamilias distincte & perfecte nouit suos domesticos & omnem suam supellectilem: ita DEVS distincte & perfecte nouit omnia, quæ vnquam fuerunt, sunt aut erunt in domo sua: idque eo magis, quod omnia videat in se ipso, adeoque intelligat per essentiam suam: quodque omnia quæ sunt, respectu Dei habeant rationem puncti.

63. *An omniscientia Dei includat intelligentiam, sapientiam, scientiam, prudentiam, & artem?* Includit: non formaliter, sed eminenter.

64. *An notitia Dei semper sit practica?*  
N. Nam Deus alia nouit theorice tantum, alia practice.

C 5

65. An

65. *An Deus noverit omnia, tiam contingentia, mala, & singularia? Sic est. Alioquin non foret omnipotens.*

66. *An Deus eodem modo omnia cognoscat? N. Nam seipsum cognoscit ex necessitate naturæ: bona extra se cognoscit notitia practica: mala, notitia theoretica. Hinc scientia Dei distinguitur in naturalem, liberam, & mediam.*

65. *An Deo omnia sint presentia? Ita est; si quidem sermo sit de notitia Dei. Alia est ratio, si sermo sit de actuali rerum existentia.*

66. *An scientia Dei augeri, minui, & variari possit? N. Nam Deus in seipso videt omnia.*

67. *An scientia DEI sit causa rerum? Affirmatur de scientia practica.*

67. *An Deo recte tribuatur prescientia? Deus nihil præscit, quatenus in seipso videt omnia. Alia est ratio, si res futuræ considerentur ut futuræ.*

69. *An DEVS a' iunde accipiat quidquam sua scientia? N. Nam in se, tanquam causa omnipotente videt omnia bona: & per ista bona cognoscit mala.*

70. *An Deus cognoscat per species? Minime. Cognoscit enim omnia per suam essentiam.*

71. *Vtrum Deus intelligat per successio-  
nem, aliud post aliud, an vero simul? Poste-  
rius affirmatur. Sicut enim sol vno actu &  
ictu illuminat hunc orbem sublunarem: ita  
se habet lumen intellectus Dei.*

72. *An in Deum cadat deliberatio? Pro-  
prie non cadit, sed ἀνθρώπων αἰθερίας.*

73. *An Deus cognoscat per discursum?  
N. quia Deo sunt omnia æque nota.*

74. *Vtrum Deus in tempore qua dāam in-  
cipiat nosse? N. Nam Deo nota sunt opera  
ipsius ab omni æuo, vna cum omnibus cir-  
cumstantijs.*

75. *An præscientia Dei sit causa præsci-  
entiarum? N. de præscientia theoretica.*

76. *An præscientia Dei tollat liberta-  
tem arbitrij in creatura rationali? N. Nam  
Deus præscit res naturæ ipsarum conueni-  
enter.*

77. *An Deus semper sit verax? A. Nam a-  
mar verum in se & alijs, item de se & alijs, &  
constanter seruat promissiones ac commi-  
nationes suas.*

78. *An Deus sit bonus erga omnes crea-  
turas? Sic est: sed inæqualiter.*

79. *Quanam ex bonitate Dei fluant? A-  
mor, gratia, clementia, misericordia, pati-  
entia, longanimitas Dei, &c.*

80. *An effectus cadāt in Deum? N. Nam  
ipsi tribuuntur per ἀνθρώπων αἰθερίας.*

81. *Quomodo se habeat amor in Deo?* Deus amat seipsum simpliciter necessario: alia extra se amat, quatenus ad ipsum ordinantur, secundum plus & minus.

82. *An detur aliqua causa amoris Dei, quo complectitur opera sua?* Amor ille, quo Deus fecit & facit res esse, vel tales esse, non habet causam extra Deum. At vero amor ille, quo res bonas à se effectas amat, habet causam, videl. bonitatem istam, qua Deum referunt.

83. *An odium eodem modo est in Deo, ut amor?* N. Neque enim amor & odium sunt contraria paria. Nam Deus seipsum amat tanquam summum bonum & amabile, & alia bona, quæ cum ipso consentiunt, ideo amat, quod sint amabilia propter ipsum. At mala odit, quod non sint amabilia. Itaque in amore cernitur unio; in odio, disunio. Amor boni est in Deo primario; odium mali, secundario.

84. *An Deus necessario oderit malum vitij?* A. quia ex immutabilitate naturæ suæ averseatur malum.

85. *An Deus æqualiter sit gratosus erga omnes?* N. Nam præcipue gratiam suam impendit electis suis.

86. *An gratia DEI sit multiplex?* Sic est: videl. ratione objectorum, effectorum, &

& modi. Ita enim gratia Dei est æterna vel temporaria, gratis dans vel gratis data, &c.

87. *An Deo vere tribuatur misericordia?* Tribuitur vere, tamen non proprie.

88. *An maior sit Dei misericordia quam iustitia puniens?* Affirmatur de modo efficiendi, & effectis: negatur de objectorum multitudine. Sunt enim plures reprobi, quam electi.

89. *An misericordia & iustitia in Deo pugnent?* N. Nam misericordia est species iustitiæ remunerantis.

90. *An Deus sit patiens?* Omnino; verum ita, ut non minuatur ipsius felicitas.

91. *An Deus sit iustus in omnibus suis iudiciis?* A. Semper enim & sibi & alijs suum tribuit.

92. *An summa Dei misericordia cum summa ipsius iustitia possit consistere?* A. quia τὸ summum hic non significat excessum, sed gradum excellentem.

93. *An in Deo sit eiusmodi iustitia, ut non possit non punire peccatum?* Ita est. Nam Deus ex necessitate naturæ suæ seipsum & gloriam suam amat. Itaq; peccatum, quod aduersus infinitam ejus majestatem commissum est, non potest dimittere impunitum.

94. *An Deus ita sit beatus, ut ipsius*

*beatitudo nec augeri, nec minui possit? A.*  
 Nam in seipso gloria & gaudij satis habet:  
 sibi ipsi est sufficiens: nulla perfectio ipsi  
 deest: nihil á creaturis accipere vel pati po-  
 test.

95. *Quisnam sit usus attributorum Dei?*

1. *διδασκαλία*: vt Deum habeamus pro ta-  
 li, qualem se in operibus & verbo suo pate-  
 fecit; item, vt attributa Dei per totam theo-  
 logiam tanquam illustres faces lucere me-  
 mineamus. 2. *ἐλεγχο*: vt vitemus om-  
 nem idololatriam, haeresin, & falsam opi-  
 nionē de natura Dei 3. *παιδεία*: vt Deum  
 imitemur, quoad ejus fieri potest & debet.  
 4. *ἐπ' ἀνόρθωσις*: vt reuerentiam tantū do-  
 minum, & peccata sedulo vitemus. 5. *πα-  
 ρήκλις*: vt in omnibus necessitatibus e-  
 rigamus nos consideratione attributorum  
 Dei

96. *An unitas essentia & trinitas perso-  
 narum in Deo pugnent? N.* Nam tres istæ  
 personæ non habent totidem essentias, sed  
 sunt tres characteres vnius essentia.

97. *An vox hæc persona Θεοπροπῶς u-  
 surpetur? A.* quia non accipitur hic comice  
 aut tragice, sed philologice, vt deriuatur á  
*persola*, q. d. per se sola.

98. *Quid sit persona in deitate? Est sup-  
 positum*



positum in essentia singularissima & communi, certo subsistendi modo distinctum.

99. *An fieri possit, ut aliquid singulare sit commune?* A. Videmus enim vnum fontem esse communem toti ciuitati, & vnum solem æqualiter pertinere ad omnes radios. Hinc jam assurgamus ad infinitam Dei essentiam.

100. *An persona & personalitas differant?* Differunt eodem scil. modo, quo subsistens & subsistentia.

101. *An voces istæ, trinitas & persona, extent in canone?* A. Et illa quidem extat implicite 1 Ioh. 5. v. 7. hæc explicite Heb. 1. v. 3.

102. *Quot sint persona diuina?* Tres. Matth. 28. v. 19. & 1. Ioh. 5. v. 7.

103. *An ex naturali ratione probari possit trinitas?* Probari non potest; at illustrari potest. Excellunt hic ista tria. 1. in omnibus rebus creatis cernere est aliquem ternarium. 2. in sole est lux, splendor, & radius. 3. in anima hominis est intellectus, voluntas & memoria.

104. *An persona sint tanq̃ species sub Deo velut genere?* Parum accurate hoc dicitur.

105. *Qualis sit unio inter personas diuinas?* Intime essentialis. Græcis dicitur τῶν τῶν ἑσῆας.

106. *An persona diuina sint homouisia?*  
A. ex præced. quæst.

107. *An*

107. *An persona diuina distinguantur re?* Distinguuntur re, id est, reu ia, & subiecto, id est, supposito: at non distinguuntur re, seu subiecto, id est, essentia.

108. *Quomodo persona diuina differant ab essentia?* Vt modi & characteres substantiales à re.

109. *Quomodo persona diuina inter sese conueniant & differant?* Conueniunt essentia & proprietatibus essentialibus: differunt τὸ ὄν ἢ τὸ εἶδος ζῆως & proprietatibus characteristicis, seu personalibus

100. *An in essentia Dei tres sint aeterni, omnipotētes, omniscij, immensi &c.* N. Nam sicut essentia in personis diuinis non multiplicatur, sic nec essentialia proprietates: Quapropter tres illi sunt vnus Deus aeternus, omnipotens, &c.

III. *Quid sit περιχώρησις personarum S S. Trinitatis?* Est modus incomprehensibilis, quo vna est in alia intime, modo longe excellentiori, quam est ille, quo forma περιχώρησις materiam.

112. *Quid cause sit, quod trinitas personarum non ita euidenter in V. T. est patefacta?* Quia lux ista conueniebat N. T. Et videtur hoc mysterium debuisse viua potius voce in V. T. de manu in manum tradi, quam literis consignari: quia non debuit gen-

gen-

QVÆST. THEOLOG. 63

gentibus prius innotescere, quam post Christi aduentum. Neque vero nulla huius mysterij argumenta extant in veteri canone. Nam in nomine Elohim, & Gen. 1. v. 26. c. 19. v. 24. Psal. 45 v. 8. & alibi hoc mysterium non obscure ob oculos ponitur.

113. *An prima persona SS. Trinitatis proprie dicatur Pater?* A. Nam pater est, qui filium habet: nempe aliquid ejusdem naturæ, è sua essentia productum.

114. *Qualis sit generatio diuina?* ineffabilis, spiritualis, intima, æterna, & ex immutabilitate naturæ.

115. *Quibus potissimum similitudinibus adumbrari possit hæc talis generatio?* Tribus istis. 1. vt imago à re conspicua spatgiatur, quæ in speculo cernitur. 2. vt verbum mentis à mente producit. 3. vt splendor à sole emanat: ita Filius est *ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ* Patris. Heb. 1 v. 3. Hinc appellatur lumen de lumine.

116. *Quotuplex sit proprietas Patris?* Duplex. Prima est absoluta, quod aliunde non est vlllo modo: altera relata, quod producit Filium & Spiritum sanctum virtute non aliunde accepta. Itaque Patri tribuitur *ἀρχὴ* *ἡγεμονία*, *ἡγεμονία* *ἐνεργητικὴ*, & spiratio actiua.

117. *An Pater sit maior Filio?* Affirmatur.

tur 1. de modo subsistendi, quem Pater habet à nullo, Filius à Patre. 2. de œconomia officij mediatorij. 3. de humana Christi natura.

118. *An Pater Filio communicet essentiam?* Essentia absolute spectata, æqualiter est communis tribus personis: sed relate Filius accipit essentiam à Patre, Spiritus sanctus à Patre & Filio.

119. *Cur secunda persona deitatis appelletur Filius?* Quia emanet à Patre per generationem proprie dictam.

120. *Quomodo probetur deitas Filij?* Quatuor classibus argumentorum. Nam ipsi tribuuntur 1. nomina Dei. 2. proprietates Dei. 3. opera Dei. 4. cultus Dei.

121. *An Filius Dei sit αὐτόθεος?* A. si nempe vox DEVS accipiatur οὐκ ὡς δῶς. Nam Filius non dependet à Patre, quia Deus, sed quia Filius.

122. *An Filius Dei sit genitus ex nihilo?* N. quia est genitus ex hypostasi Patris. Hebraeor. 1. v. 3.

123. *An generatio Filij Dei desierit?* N. Est enim actus immobilis, ab æterno in æternum. Similitudo hujus rei est in sole, qui absq; intermissione de se spargit lumen.

124. *Cur Filius Dei appelletur λόγος?* Quia vt sermo, à mente genitus, est ijs suis  
cha-

character & index : ita Filius à Patre genitus est character personæ ipsius, & index voluntatis ejus.

125. *Quanam sit proprietas seu actus notionalis Filij?* Duplex. 1. emanare à Patre per generationem ineffabilem. 2. vna cum Patre spirare Spiritum sanctum, virtute nempe accepta à Patre.

126. *Cui tertia persona trinitatis appellatur Spiritus, & quidem sanctus?* Vtraque nomenclatura est characteristicæ. Non itaque οὐκ ἰσθῶς accipiuntur duo ista nomina, sed οὐκ ἰσθῶς. Nam 1. Spiritus dicitur, quia spiratur à Patre & Filio, seu, ab ijs, vt vna spirantibus procedit. 2. sanctus dicitur; quia peculiari quadam ratione nos sanctificat. Itaque prior vox personam, posterior officium indicat.

127. *Cur Spiritus sanctus Apoc. i. figuratur per septem Spiritus?* Quia dona ipsius distributa erant septem ecclesijs, de quibus eo loci est sermo.

128. *An Spiritus sanctus procedat à Patre & Filio, vel à Patre per Filium?* Prius affirmatur. Nam Pater producit Spiritum sanctum virtute aliunde non accepta: Filius producit eundem virtute accepta à Patre, adeoque vna cum Patre spirat.

29. Quo-

129. *Quomodo Spiritus Sanctus procedat?*  
Processione ineffabili, arcana, spiritali, æ-  
terna, & ex immutabilitate naturæ.

130. *Quot sint classes argumentorum,  
quibus adstrui potest deitas Spiritus Sancti?*  
Quatuor. Confer quæst. 120.

131. *Quomodo mittatur Spiritus San-  
ctus?* Non vt minister, sed vt magister, Pa-  
tri & Filio ὁμοῦς ᾿. ᾿.

134. *Quomodo detur Spiritus Sanctus?*  
Datur ex gratia præueniente & subsequen-  
te. Illo modo, datur in vocatione interna,  
adeoq; in primo cōuersionis momēto; hoc  
modo datur in sanctificatione, quando pe-  
timus nobis augeri dona Spiritus Sancti.

135. *Quomodo accipiat, retineatur,  
& amittatur Spiritus sanctus?* Accipitur  
vel immediate, vel mediate per preces & re-  
tinetur, per studium sanctimonix; amit-  
titur, per acediam & malitiam.

136. *Quinam maxime deserantur à Spi-  
ritu sancto?* Qui licentes, volentes, libentes  
peccant, ex malitia, & in peccatis perseue-  
rant.

---

## CAPVT XII.

### De Actionibus Dei.

• 1  
**Q**uotuplices sint actiones Dei? Internæ,  
vel externæ.

• 2, An

2. *An omnes Dei actiones sint necessariae?*

N. Dantur enim & liberae. Nimirum omnes Dei actiones sunt necessariae quantum ad speciem actus: quia videl. Deus non potest nisi bene agere. Quod autem attinet ad exercitium, aliae sunt necessariae, aliae liberae. Porro actiones Dei necessariae sunt tales vel absolute, vel ex hypothesis.

3. *An actiones Dei interne sint ipse Deus?*

A. Nam aliae ex ijs sunt essentialiales, aliae personales. Vtræque sunt ipse Deus. Nam illae sunt actus notionales personarum: At vero actus illi interni non differunt ab essentia, vel à personis, nisi nostro concipiendi modo.

4. *An omnes Dei actiones interne sint diuisa?* N. Sunt enim quaedam essentialiales. Itaque vetus illa regula, *Opera deitatis ad intra sunt diuisa*, est accipienda de actionibus internis personalibus.

5. *An omnes Dei actiones externe sint indiuisa?* N. Sunt enim aliae essentialiales, aliae personales. De prioribus vera est regula, *Opera deitatis ad extra sunt indiuisa*. Postiores sunt propriae singularum personarum, juxta versum sumtum ex Matth.

3.

*Voce Pater, Natus corpore, Flamen ave.*

6. *An actiones DEI externa sint ipse Deus?*

*Deus?* N. Nam illæ sunt relationes, quibus voluntas Dei refertur in tempore ad creaturas. e. g. creatio, redemptio, &c. est relatio Dei creantis ad creaturam, redimentis ad redemptum, &c.

7. *An actiones Dei sint accidentia?* N. Sunt enim relationes transcendentales, ad eoque modi se habendi ad aliud, non vero modi se habendi aliter.

8. *An Deus possit in tempore agere?* A. Et si enim ipse non subjacet tempori: tamen actus voluntatis ejus potest terminari ad rem tempori subjectam. Sic etsi Deus non est in loco, potest tamen in certo loco agere.

9. *Quomodo actiones Dei à nobis sint perpendendæ?* Ut exigantur ad proprietates ejus essentielles.

10. *Quomodo actiones Dei æterna & in tempore inter se conveniant?* Hoc patet ex illa Maxima: *Quidquid Deus in tempore facit, ab æterno facere decrevit.*

11. *An actiones Dei interna & ad intra, similiter externa & ad extra sint idem?* N. Nam actiones ad intra dicuntur, quæ terminantur ad ipsum Deum; ad extra, quæ terminantur ad creaturas: internæ, quæ sunt in Deo, siue terminentur ad ipsum Deum, siue ad creaturas; externæ, quæ sunt  
extra



extra Deum, Sive ad ipsum Deum termi-  
nentur, vt est vox illa Patris de Filio *Matt.*  
siue ad creaturas.

CAPVT XIII.

*De decretis Dei in genere &  
in specie.*

I.

**A**N decretum aliquid sit in DEO? Per  
*αὐθρῶτων αἰθεῖαν.* hæc vox Deo tri-  
buitur.

2. *Quanam in decreto Dei distinguan-  
tur?* Ista quatuor. 1. actus intellectus. 2. a-  
ctus voluntatis. 3. dterminatio libera isto-  
rum actuum. 4. relatio inde orta.

3. *An decreta Dei sint aeterna & immu-  
tabilia?* Sic est Nam Deus ab æterno nouit  
sua opera, & immutabiliter ita voluit.

4. *An decreta Dei sint ipse Deus?* Decre-  
ta Dei considerantur à priori, vel à poste-  
riori: Illo modo sunt actus intellectus &  
voluntatis Dei, adeoque sunt ipse Deus:  
hoc modo sunt relationes ad ipsas res de-  
cretas. Sic v. g. decretum electionis est vo-  
luntas miserendi relata ad Davidem, Pe-  
trum, &c.

5. *Quid*

5. *Quid sint ideae diuinae?* Sunt imitabilitates essentiae Dei; quae cum sint infinitae, Deus decreuit certas exprimere in tempore, & creaturis imprimere.

6. *An ideae multae sint in Deo?* A. priori spectatae sunt vnum quid, nempe in essentia Dei.

7. *An decreta Dei sint causa rerum?* Decretum Dei est efficiens vel permittens. Illud est causa rei; hoc non item.

8. *An decretum Dei rebus imponat necessitatem?* Quibusdam imponit necessitatem; quibusdam contingentiam. Nunquam tamen imponit necessitatem coactionis.

9. *An decretum Dei habeat aliquam sui causam?* Decretum Dei est antecedens, vel consequens. Illud nullam prorsus habet causam extra Deum: hoc habet causam, quam Deus ipse ponit vel inuenit in creatura. Sic v. g. Deus decreuit Petrum eligere & non Iudam, quia voluit: voluit quia hoc melius esse iudicauit. Sed idem decreuit Petro dare vitam aeternam propter fidem, & Iudam punire propter proditionem Christi.

10. *An in decretis Dei sit aliquis ordo?* Est: & is quidem ex parte Dei, vel ex parte nostri conceptus.

11. *An*

11. *An Deus quodam decreuerit sub conditione?* A. Sic v. g. decreuit nobis dare vitam æternam sub conditione fidei.

12. *An decreta De necessario impleantur?* A. quia fieri non potest, vt Deus fallatur aut excitet sine suo.

13. *Quot sint decreta Dei?* Prouidentia & prædeterminatio. Et si enim hæc duo vocabula, si originem spectes, permutari possunt: tamen vltus obtinuit, vt *prouidentia DEI* ponatur pro decreto de creando & gubernando mundo; *prædeterminatio*, pro decreto de salute vel in felicitate angelorum & hominum æterna.

14. *An ab æterno omnes euentus sint definiti?* A. Nam Deus ita præscit euentus rerum, vt simul illos habeat in sua manu.

15. *An omnes res subiectæ sint prouidentie Dei?* Omnino. Nam res bonas Deus decreuit efficere; malas, permittere.

16. *An omnes res assequantur finem suum, ad quem à Dei prouidentia ordinantur?* Sic est. Nam Deus pro sua omniscientia res destinat ad suos fines, & ad eosdem perducit.

17. *An doctrina de prouidentia Dei tollat contingentiam & libertatem?* N. Nam decretum seu voluntas Dei est radix necessitatis & contingentie, adeoque & libertatis.

D

18. An.

18. *An de predestinatione sit docendum in schola & ecclesia?* A. Nam hæc doctrina est pars Evangelij, à Prophetis & Apostolis tradita.

19. *Quomodo doctrina predestinationis sit proponenda?* Ita ut cum Scriptura loquamur & sileamus, & pro ratione circumstantiarum nunc à priori & σωθετικῶς, nunc à posteriori & ἀναλυτικῶς procedamus.

20. *Quibusnam fundamentis superstrui possit & debeat doctrina de predestinatione?* Duobus: quorum unum est verbum Dei; alterum, notiones communes, seu axiomata confessa, quæ Deus mentibus hominum iniecit. Primum illud est definitivum, peremptorium, & πάντων ἀντάξιον ἄλλων; alterum est honorarium. Inter notiones illas præcipuæ sunt: *Quidquid Deus facit iustum est: Deus non pendet ab ulla causa secunda: Deus nihil agit frustra: Nihil mali potest caveri, nisi Deo impediante: Ex eventu recte concluditur Deum aliquid voluisse, vel noluisse: Posse, velle, & agere bonum, sunt dona & effecta Dei: Deus totum mundum & rebus omnibus à se creatis præsidet, &c.*

21. *An predestinationis vox recte usurpetur tam latè, ut constituatur genus electionis & reprobationis?* A. Et si enim Scriptura

ptura

ptura prædestinationis: vocabulum vsurpat pro electione: tamen & significatio vocis ita est ampla, vt possit statui genus electionis & reprobationis; & vsus differentium ita fert.

22. *An consilium sit genus prædestinationis?* Accuratè loquendo consilium est causa efficiens prædestinationis. Nam per consilium statuitur decretum: quod est genus prædestinationis. Hinc Deus dicitur omnia efficere secundum consilium volūtatis suæ. *Ephes. 1.* Tribuitur aut consilium Deo κατὰ τὸ πρῶτον αἰθέρα. *Act. 4 v 28 Eph 1. v. II.*

23. *Quisnam sit ultimus prædestinationis finis?* Gloria Dei. Nam quia Deus est omnium suorum operum causa efficiens prima & suprema, semper sibi velut summum & extremum finem propositum habet perfectionis suæ manifestationem. Prima enim & suprema causa nulla re, quæ extra ipsam est, ad efficiendum mouetur. Secus prima & suprema causa nõ fuerit. Quare vt omnis Dei actio, ita & prædestinatio illustrationem gloriæ diuinæ vltimum habet finem.

24. *Quanam in re consistat illustratio gloriæ Dei?* In manifestatione & explicatione proprietatum ipsius essentialium, per actus & opera illis conformia.

D. 2.

25. *Quomodo*

25. *Quarum proprietatum explicatione*  
**DEVS** omnium primo illustrare gloriam  
 suam decreverit? Actio **DE** ad extra om-  
 nium prima & fuit, & debuit esse occupata  
 circa Nihilum. Itaque bonitatem, sapien-  
 tiam, & omnipotentiam suam omnium  
 primo explicare instituit. Et hæc quidem ita  
 in creatione explicatae fuerunt, ut simul li-  
 bertas Dei non vno modo eluxerit, in varia  
 scil. dispensatione bonorum. Cum vero  
 Deus hoc discrimine creaturas condiderit,  
 ut quædam ex ijs majoris perfectionis ca-  
 paces essent, angeli puta & homines, de-  
 crevit illas easdem proprietates longè am-  
 pliorem mensura circa illas explicare. Postu-  
 lauit autem ratio, ut Deus istis creaturis le-  
 gem daret; in cujus obedientia conditio-  
 nem posuit. Decrevit ergo gloriam boni-  
 tatis & justitiæ illustrare circa creaturas in-  
 telligentes. Denique quia vidit ab æterno,  
 hominem violaturum istam conditionem,  
 decrevit quosdam ex genere humano, libe-  
 rare, quosdam non, adeoque circa illos qui-  
 dem explicare misericordiam; circa hos au-  
 tem, justitiam punientem. Quare simpli-  
 citer dici potest, Deum in omnibus suis a-  
 ctibus ad extra decrevisse declarare glo-  
 riam suam per bonitatem, sapientiam, li-  
 bertatem, & omnipotentiam, addita justiti-  
 a.

ia; modum vero accommodasse statui, ve-  
 potius mutationi objecti, circa quod ex-  
 plicare proprietates illas statuerat. Sic ele-  
 ctio facta est ex bonitate, non simpliciter  
 considerata, sed quatenus est matrix mise-  
 ri ordiæ, quæ occupatur circa creaturam  
 miseram.

26. *Quo iure Deus hominem predestina-  
 re potuerit?* Omne Dei jus in creaturas ni-  
 titur vel ipsius Dei in creaturas suas benefi-  
 cio, vel creaturarum in Deum maleficio,  
 vel contractu inter Deum & creaturas ini-  
 te. ~~Homo beneficium creationis accepit à~~  
 Deo esse suum, nemque potentiam perue-  
 niendi ad supernaturalem felicitatem, quã  
 Deus homini sub conditione obedientiæ  
 pollicitus est. Huic felicitati summæ oppo-  
 sita est summa miseria, in quam idem ho-  
 mo ex justitia & secundum jus Dei incide-  
 ret, si legem transgrederetur. Hinc existit  
 duplex jus Dei in hominem. Potest enim  
 ipsum, qua creatura est, in nihilum redigere  
 seu auferre ipsi illud esse, quod dedit. Dein-  
 de potest hominem peccatorem factum æ-  
 terne pœnæ addicere. Quare cū omnes ho-  
 mines à Deo defecerint, potuit omnes eter-  
 num punire. Iure itaq; damnatur, qui dam-  
 nantur. Quod autem Deus non omnes eli-  
 git, nemini facit injuriam: sed jure suo libe-  
 re utitur.

D 3

27. *Qua;*

27. *Quales Deus consideraverit homines in decreto predestinationis, sine peccato an cum peccato? Post. aff. Nam si predestinationis actus est præparatio remissionis peccatum, aut punitionis eorundem, certum est, predestinationem non nisi circa peccatores locum habere.*

28. *An electio & reprobatio se mutuo ponant & tollant? A. Una enim sine altera esse non potest. Alioqui verum est, predestinationem per se consideratam absq; oppositione, potuisse esse uniuersalem. Potuisset enim DEVS omnes in uniuersum homines ad vitam vel mortem predestinare. At electio non potuit esse uniuersalis neque reprobatio.*

29. *Quanam sit suprema causa, à qua Deum fuit motus ad faciendum decretum electionis & reprobationis? Ipsius Eudoxia. Nam DEVS ex seipso sumit causam, cur hunc liberaret, illum non. Matih. ii. vers. 25. 26.*

30. *An predestinatio sit mutabilis, ut ex electo possit fieri reprobus, & contra? N. Nam decretum electionis & reprobationis est peremptorium. Rom. 8. v. 29. & c. 9.*

31. *An decretum predestinationis sit absolutum? A. Nam Deus causam electionis & non electionis, seu discretionis, non in-*

VENIT



venit in hominibus æqualiter miseris, sed ex seipso sumfit.

32. *An hæc doctrina conveniat cum vniuersali vocatione?* A. Neque enim omnes vocantur hoc fine, vt saluentur. Vide infra cap. 23.

33. *An hæc doctrina conveniat cum iustitia Dei?* A. Nam Deus æqualibus dat inæqualia, quia ipsis non est obligatus dare æqualia.

34. *Cur in loco predestinationis fermè præ creatur electio Christi, & predestinatio angelorum?* Quia Scriptura parcius ista attingit.

35. *Vtrum electio sit tantum in genere seu indefinitè decretum de seruandis fidelibus, an vero etiam singulorum segregatio, & eorum destinatio ad gratiam & gloriam?* Post. aff. Nam electio est præparatio gratiæ & gloriæ, occupata circa eos, quos Deus ab æterno dilexit, alijs præteritis. Diuiditur in simplicem & comparatam. Illa est assumptio in gratiam: hæc, qua iste, & non ille, in gratiam assumitur.

36. *Quinam sint actus electionis æternæ?* Duo: prænotio & prædestinatio. Sic enim Apostolus, Roman. 8. vers. 29. Nam quos præsciuit, eosdem & prædestinauit vt conformes fiant, &c. Confer quæst. seqq

D 4

17. Quid

37. *Quid sit illa prænotio seu præscientia in verbis apostoli? Est prædecretum, seu prædilectio, hoc pacto. Quos Deus antedecreuit, seu prædilexit & pro suis amavit, hos prædestinauit. Hoc alij sic enuntiant. In electionis decreto sunt duo actus: vnus, propositum assumendi ad amorem æternum & gratiam, qua assumptione homines fiunt vasa misericordiæ & honoris; alter, propositum saluandi, seu gloriæ conferendæ.*

38. *Quomodo simplicissimè proponi possit doctrina de electione? Methodus plana est in illo euangelij breuiario, Iohan. 3. v. 16. Nimirum Deus dilexit mundum, id est, quosdam de mundo, seu quosdam peccatores; vt ijs daret Filium, vt omnis qui credit in eum, habeat vitam æternam.*

39. *An dilectio, qua Deus dilexit mundum, & qua vult vitam æternam, sit prorsus vnica & eadem? A. Nam dare Filium vni- genitum, id vero proficiscitur ex specialissima dilectione.*

40. *An electio facta sit ex præuisa fide, vel meritis operum? Vtrumque negatur. Nam fides est effectum electionis, & merita operum nulla sunt.*

41. *Quomodo electio facta sit in Christo? Tanquam in capite & fundamento electorum.*

42. *An*

42. *An causa aliqua sit in hominibus cur hic præ illo sit electus?* N. Nam Deus elegit homines peccatores, & proinde non elegit dignos, sed eligendo, dignos fecit.

43. *An electio in nostra sit potestate?* N. Est enim actus Dei miterentis.

44. *An vite que actus decreti electionis innitatur Christo, tanquam fundamento?* N. Nam actus primus, puta prædilectio, seu assumptio in gratiam & amorem Dei, præcedit electionem seu destinationem Christi, Iohan. 3. v. 16. secundus autem, nempe collatio gloriæ ac præparatio mediatorum ad salutem necessariorum Christo nititur tanquam fundamento.

45. *Quinam sint effectus electionis?* Fides & bona opera.

46. *An qui in hac vita sci e possit, se esse electum?* A, quia ex effectu immediato & proximo recte & necessario colligitur causa continens, quam vocant.

47. *An quilibet vocatus debeat credere se esse electum?* Quilibet interne vocatus debet hoc credere infallibiliter, seu fide salvifica. Qui vero est externe vocatus, hoc idem credere debet probabiliter & conditionaliter, si quidem non ponat obicem gratiæ Dei vocantis.

48. *An sint externa aliqua electionis te-*

D s stimo;

*Simonia?* Sunt: v. g. vocatio externa, honesta conuersatio in ecclesia, &c. Verum hæc signa sunt probabilia tantum.

49. *Quomodo possimus firmam reddere nostri electi nem?* Stuoio bonorum operum ex vera fide, & ineffabilibus gemitibus ad Deum.

50. *An de aliorum electione possimus esse certi?* Possumus: etsi non certitudine ἀληθοφoρίας.

51. *An electi possint excidere gratia & gloria?* N. Nam quorum nomina scripta sunt in cælis, illi habent perpetuam gaudij materiam. *Luc 10. v. 20.*

52. *An hac doctrina pariat securitatem in electis?* Affirmatur de securitate spiritali, negatur de carnali.

53. *An electio consistat cum libero arbitrio?* Affirmatur de libero arbitrio sanato in statu gratiæ. Nam quicumque sunt electi, illi suo tempore donantur Spiritu Christi, qui ex nolentibus facit volentes.

54. *An electio consistat cum vniuersali Christi merito?* Statuitur sententia affirmatiua; quia meritum Christi est vniuersale, non ex intentione Dei, sed ex immensitate & dignitate pretij.

55. *An reprobatio sit bona?* Sic est. Est enim iusta Dei actio.

56. *An*

QVÆST. THEOLOG.

84

56. *An reprobatio facta sit respectu peccati?* Reprobatio sumitur strictè vel latè. Strictè est non-electio, præteritio, desertio in miseria, negatio gratiæ: atq; ita est facta sine respectu peccati, tanquam proximæ causæ. Nam si peccatum esset causa proxima reprobationis, id est, non-assumptionis ad amorem, omnes essemus reprobatii. Si vero latè sumatur, reprobatio includit actum negativum, id est, non-electionem, & actum positivum, id est, prædamnationem, seu decretum damnationis, siue ordinationem ad pœnam: & hoc modo reprobatio facta est respectu peccati. Peccatum siquidem est causa proxima damnabilitatis, hoc est, facit, ut Deus jus habeat hominem reprobandi, seu damnandi. Deinde etsi peccatum non est causa damnationis immediata, proxima, & præcipua, est tamen causa meritoria, citra quam Deus neminem ad pœnam justè ordinare posset. Denique ordinatio ad pœnam (secundus ille actus reprobationis) est simplex, vel comparata. Illius causa aliquatenus est peccatum: hujus non item. Quod enim Deus hunc, non illum ordinat ad pœnam, & pari quidem conditione; id vero est à liberrima Dei voluntate.

57. *Quanam sit reprobationis causa*

D

6

appono

*ἡ ἐπιτομή σου μὴ;* Liberrima DEI voluntas, qua decreuit, misericordiam suam non impendere quibusdam, sed illos in miseria relinquere.

58. *Quodnam ius Deus habeat ad reprobandum?* Cernitur hic duplex jus DEI: vnum absolutum, seu liberrimæ potestatis, alterum ordinatum, justitiæ punientis. Illud cernitur in præteritione; hoc, in damnatione. Ibi Deus nemini facit injuriam, si non omnes prædestinet ad vitam; quia ad misericordiam præstandam nulli obligatur: hic neminem ordinat ad pœnam citra prævisionem peccati.

59. *Quis sit finis reprobationis?* Gloria liberrimæ potestatis & justitiæ DEI.

60. *An peccatum sit effectus reprobationis?* Peccatum defectionis, quod in Adamo commisit vniuersum genus humanum, antecedit decretum electionis & reprobationis. Ex hoc peccato, tanquam fonte, fluunt reliqua peccata, interueniente desertione DEI; quomodo videmus occidente sole oriri tenebras. Sicut itaque sol non potest dici causa efficiens tenebrarum; sic nec reprobatio vllius peccati. Quidam reprobationem vocant causam peccati deficientem: sed parum accurate

61. *An reprobatio tollat liberum arbitrium*

triu

*erium?* N. Nam libertas voluntatis non subest decreto reprobationis, sed providentiæ. Deinde multi reprobi habent insignia dona naturæ & gratiæ. Neque enim reprobatio tollit omnia Dei dona, sed tantum salutaria, quæ vocant.

62. *An homines sint reprobati antequam sint nati?* Affirmatur de reprobatione æterna.

63. *An quis de reprobatione sui possit esse certus in hac vita?* Impœnitentes, & peccantes in Spiritum sanctum utique sunt certi.

64. *An aliquis de aliorum reprobatione possit esse certus?* Est eadem responsio.

65. *An ei qui de sui reprobatione certus est, securè liceat peccatis indulgere?* N. quia dantur gradus pœnarum in gehenna.

66. *Quis sit usus doctrinae de reprobatione?* Adoratio majestatis Dei, & gratiarum actio pro beneficio electionis.

67. *An Apostolus Rom. 9 tractet de absoluto decreto predestinationis?* Affirmatur ex versibus II 12. 13. 15. 16. 17. 18. & seqq.

68. *An Deus in decreto electionis aut reprobationis pendeat à causis secundis?* N. Est enim causa prima, & causa causarum. Etsi vero non possit pendere ab vlla causa secunda; tamen occasionem alicujus decreti

faciendi, & ordinis cujusdam statuendi potest sumere ex prouiso aliquo actu libero creaturarum rationalium; quod decretum non fecisset, & quem ordinem non statuisset, si causæ secundæ liberæ secus & non ita acturæ fuissent. Sic v.g. decretum de Christo mittendo in mundum nititur præuisione lapsus. Ita in vniuersum se habent decreta Dei, quibus punire creaturas statuit. Huc pertinet, quod amor Dei antecedens nihil præsupponat in creatura, quod sit amabile, sed faciat vt illa sit amabilis: amor consequens præsupponat aliquam amabilitatem, vt fidem, sanctitatem, &c.

69. *Quid significet ordinandi verbum in hac materia?* Nunc est idem, quod ordinem in factis statuere, nunc ordinare vt facienda fiant.

70. *An fideles sint obiectum e' electionis?* Si spectetur terminus ad quem, affirmatur.

71. *An ius Dei in creaturam sit infinitum?* Est, & non est. Est; quatenus Deus habet jus auferendi  $\tau\delta$  esse, qd dedit creaturæ, adeoque ipsam in pristinum nihilum redigendi. Non est eo sensu, quasi Deus possit jure omnem actum suæ omnipotentiaë possibilem, creaturæ quocunq; modo considerata, infligere, omniaq; creaturæ inferre cetera vllam injuriam, quæ creatura ab omnipotenti

potenti



potenti creatore pati potest. Sic v.g non potest hominem, ex jure quod in creaturas habet, ad pœnam citra præuisionem peccati ordinare.

72. *An electio & reprobatio sint contraria paria?* N. Nam electio est causa fidei & bonorum operum: at reprobatio non est causa infidelitatis & malorum operum.

73. *An maior hominum pars sit ab æterno reprobata?* Id patet ex executione. Lata enim est via, quæ ducit ad interitum, & multi ambulant in ea, *Matth 7.*

74. *An creatio & lapsus hominum recte statuancur commune medium, consilio prædestinationis substratū?* A. Nam Deus prædestinavit hominem miserum ad salutem vel exitium.

75. *An decretum quo Deus statuit fideles iustificare, & in filios adoptare, sit aliud à decreto, quo statuit, n. nullis fidem dare?* N. Nam fides iustificans & justificatio sunt necessario connexa.

76. *Vtrum actus diuinae mentis sit duplex in prædestinatione; prior de fine, alter de medijs?* Ita est: si quidem nostrum concipiendi modum spectemus.

77. *Quid sit propositum Dei secundum electionem, de quo Rom. 9. v. 11.?* Apostolus hac phrasi restringit genus ad speciem. q. d. *propo-*

propositum, quod pertinet ad electionem.

78. *Quomodo amor Dei consideretur in re electionis?* Duobus modis. Primo enim est in Deo gratiofus affectus, quo nos complectitur; & ille est amor, qui ordine præcedit decretum seu propositum diuinum, quo gratia & gloria nobis præparatur. Deinde est amoris communicatio, qua Deus seipsum statuit cum nonnullis communicare. Quo sensu dicimus, Deum aliquos proposito suo æterno ad amorem assumis- se. Vulgo distinguunt amorem Dei in eum qui est beneuolentiæ seu communicatio- nis, & complacentiæ. Ille est, quo Deus nos amat vt simus sancti: hic, quo nos amat, quod jam simus sancti. Non illius, sed hu- jus mensura est Christus.

79. *An Deus statuerit decreto reprobationis reprobis fidem & pœnitentiam non dare?* A. Nam fides & pœnitentia nisi Deo dante haberi non potest, & habetur ex gra- tuita electione. Itaque fidei & pœnitentiæ non datio seu negatio est actus Dei pen- dens à reprobatione, qua statuit reprobis non dare gratiam efficiacem.

70. *An sicuti peccatum est causa meri- toria reprobationis, sic iustitia sit causa me- ritoria electionis?* N. Nam electio est non tantum ex gratia indebita, sed etiam ex gra-  
tia

ria prauum de meritum tollente. Itaque iustitia est effectum electionis At peccatum est causa meritoria reprobationis omnium in vniuersum peccatorum.

81. *An posita causa meritoria reprobationis statim ponatur effectus?* Non ponitur, nisi intercedente voluntate illius, cuius est debitam pœnam inferre & merito peccati. Ille autem potestatem habet peccatum secundum meritum suum puniendi, vel ex gratia in Christo condonandi. Quae e utroque, tum in electione, tum in reprobatione, causa proxima & immediata, est voluntas Dei libera.

82. *An decreti & executionis vna eademque sit causa?* Ita est sic v.g. decretum justificationis, & justificatio vnã habet causam meritoriam, iustitiam Christi. Nam quidquid Deus in tempore facit, ab æterno facere decreuit, & eo modo decreuit, quo facit. Hinc executio recte dicitur speculum decreti.

83. *An propositum deserendi quosdam homines presupponat peccatum?* Ita est. Nam Deus in utroque actu reprobationis, tum affirmatiuo, qui est præteritionis, tum affirmatiuo, qui est ordinationis ad pœnam, versatur circa hominem peccatorem. Itaque desertio illa est propter peccatum.

Ne-

Neque tamen hinc sequitur, Dei beneplacitum merum non esse causam desertionis. Nam liberum est Deo, peccatorem desertionem meritum, vel deserere, vel non deserere. Atque ita voluntas Dei est causa proxima & immediata desertionis, & quidem causa unica: quia cum possit non deserere, vult tamen deserere. Dispensat enim Deus absolute pro arbitratu de peccati merito, an illud tollere velit in Filio suo, an vero extra Filium suum punire.

84. *Quid sit facere vas ad iram Rom. 9.?*  
Est eum, qui peccavit, & ira se dignum fecit, justæ iræ destinare.

85. *An voce massa ibid significetur homo qua homo?* N. Nam vox ista nō tantum tribuitur hominibus conditis, sed etiam peccatoribus, & in gratiam reconciliationis assumtis, & fœdus gratiæ præuaricantibus, ut Jerem. 18. *Annon domus Israelis in manu mea est, ut ut in manu figuli?*

86. *An causa reprobationis comparata sit mera DEI voluntas, sine consideratione peccati?* Affirmatur, quantum atinet ad distinctionem faciendam, non autē ad ipsam ordinandi potestatem. Nam actus discretionis pendet à mera Dei voluntate: & ordinatio ad peccatum includit peccatum.

87. *An voluntas D. i possit pendere à voluntate*

*luntate hominis?* N. Non enim potest legem vel normam accipere ab hominis voluntate. Alioquin certum est, Deum velle nonnulla, quæ non vellet, nisi aliqua humana voluntas antecederet. Sic v. g. vult Saul in regno abdicare: at non vult simpliciter, sed quia Saul voluit Deo esse immorigerus.

88. *An homo seipsum reprobet?* N. Interim verum est, ipsum esse causam meritoriam damnabilitatis.

89. *Quæ in hoc doctrina capite differentia sit inter Pelagianos & Semipelagianos?* Illi gratiam electionis in naturæ facultatem verunt: hi electionem ab usu liberi arbitrii suspendunt.

90. *An Lutherani in hoc doctrina capite à Luthero dissentiant?* A. Vide inter alia prologum Germ. super Epist. ad Roman. & tractatum de seruo arbitrio.

CAPVT XIV.

De Creatione.

I.

**Q**uid sit creare? Ex nihilo aliquid facere, vel ex indispofita materia.

2. *Quomodo differant creatio & generatio?* Differentia posita est in his tribus. 1. Causa creationis est infinita, solus nempe Deus genera --

generationis, finita. 2. Creatio fit in instanti, solo nutu: generatio fit præparata dispositione. 3. Creationis terminus, quo est vel nihil negativum, vel materia inhabilis generationis, materia habilis.

3. *An solis Dei sit creare?* A. Est enim infinitum spatium inter nihil & aliquid, item inter materiam indispositam & formam. Requiritur itaque vis infinita, quæ istud spatium pertranseat, & quidem in instanti.

4. *An Deus potuerit mundum ex æternitate procreare?* N. Fieri namque non potest, ut quod creatur sit ab æterno: cum creatio rem ponat in tempore & sub tempore.

5. *An omnia sint condita ex nihilo?* A. Nam alia immediate & proxime facta sunt ex nihilo, ut Angeli, anima hominis, cælum, terra, aqua: alia mediate & remote, ut herbae, stellæ, pisces, pecudes, & corpus hominis.

6. *An mundus factus sit ex præiacente materia?* N. Vide Gen. 1.

7. *Quomodo Deus omnia creavit?* Sine instrumentis & fatigatione, solo nutu, certa cum subordinatione, vel impressione vestigij deitatis, e.g. suæ bonitatis, perfectio- nis, &c.

8. *An ἁπλοῦς ἔργα facta sit in instanti?*  
Si

QUEST  
videremus  
producta su  
Dens, Est  
Dei op  
herae  
Quarum  
At in  
poten  
vima  
aus crea  
captes al  
viti  
viam vram  
cps.  
10. Cur De  
derit vna a  
procedere nol  
11. Quia p  
res? proporti  
de, ut pulc  
ipsum oper  
raretur hac  
lium.  
12. Quid  
Primo die  
aquam, & l  
distinguit a  
produxit p

Si consideremus singula Dei opera, utique illa producta sunt in instanti. Nam v. g. dixit Deus, Esto lux, & facta est lux. Si vero uniuersa Dei opera spectemus. creatio facta est spatio hexaëmeri.

9. *Quarum proprietatum Dei explicatio occurrit in creatione?* Bonitatis, sapientiae, omnipotentiae, & summæ libertatis; è quibus vltima in eo potissimum elucet, quod Deus alias creaturas maioris perfectionis fecit capaces, alias minoris; dum vnâ partem nihili, ut ita dicam, voluit esse cœlum, alteram terram, tertiam aëris, & ita deinceps.

10. *Cur Deus vno momento non condiderit omnia?* Quia placuit ipsi distincte procedere nobisque ordinem commendare.

11. *Quali proportione DEVS condiderit res?* Proportione geometrica, idque hoc fine, ut pulcherrima varietas commendet ipsius opera, & summa ipsius libertas declararetur hac dispensatione bonorum naturalium.

12. *Quid Deus singulis diebus creauerit?* Primo die creauit angelos, cœlum, terram, aquam, & lucem: secundo, expansum aëris distinxit ab expanso cœli mediani: tertio, produxit plantas ex terra, itemque mineralia.

lia: *quarto*, stellas formavit ex luce: *quinto*, pisces & aves produxit ex aquis: *sexto*, bestias terrestres & corpus Adami formavit ex terra, corpus Evæ ex costa Adami, & animam vtriusque creavit ex nihilo.

13. *An detur chaos?* Prout illud ab Hesiodo, Ovidio, & alijs ethnicis describitur, non datur. Si vero terra informis & inanis, circumdata aquis, vocetur chaos, utique illud reuera datur.

14. *Quanam sit prima materia?* Est illud ipsum, in quo omnia corpora naturalia conveniunt. Id vero nihil est aliud, quam radix corporeitatis, ut ita dicam; quæ quidem radix à Deo est divisa in cælum, terram, aquam & lucem, *Cen. i. v. i. & seqq.*

15. *An omnia corpora à Deo acceperint vitam, adeoque & animam, in prima creatione?* A. Nihil enim nominati potest, quod non edat operationem aliquam vitalem. Est autem vita, itemque anima corporum, 1. *positiva*, seu *motiva*, omnibus corporibus communis. 2. *vegetativa*, quæ communiter inest plantis, bestijs, & hominibus. 3. *germinans*, quæ propria est plantarum. 4. *sensitiva*, communis bestijs & hominibus. 5. *bruta*, quæ propria est plantarum. 6. *rationalis*, seu *intellectiva*, quæ propria est hominis.

16. *Quid*



16. *Quid sit natura?* Est vis illa, quam Deus rebus indidit in prima creatione.

17. *An creatura possit suscipere, quæ sunt infinita perfectionis & potestatis?* Non potest: quia finitum non est capax infiniti.

18. *An omnis reatu a prædita sit accidentibus?* A. Est enim composita, & talis, vel talis non per simplicem essentiam, uti Deus, sed per qualitates essentiæ superadditas.

19. *Quanam sint aqua supra expansum collocata?* Ipsæ nubes.

20. *An aqua sit condita salsa ab initio?* N. Nam primo die aqua fuit condita, & demum tertio die cœpit esse vel salsa, vel dulcis, per collectionem in certos alueos.

21. *Qualis terra initio facta?* Tohu va-bohu, id est, informis & vacua.

22. *Tenebra prima quid fuerint?* Pura pura negatio lucis.

23. *An Deus in tenebris habitauerit ante conditam lucem?* N. quia ab æterno inhabitavit lucem inaccessam.

24. *An lux primigenia fuerit qualitas?* N. Fieri enim non potest, ut accidens sit prior substantia. Et vero lux illa fuit corpus globosum, è quo stellæ fuerunt formæ.

25. An

25. *An dies fuerit ante solem?* Tres primi dies fuerunt sole priores, effecti à luce primigenia.

26. *Quare lucem Deus vocauerit diem?* Quia dies nil nisi lux est.

27. *Quonam die creati fuerint angeli?* Primo. Nam illi cecinerunt Deo hymnos, cum terram fundaret.

28. *An totum expansum p̄ imo die sit creatum?* A. Nam Deus primo die creauit cœlum & terram, id est, duos globos, tanquam duas matrices rerum cœlestium & terrestrium. A. secundo die distinxit expansum in duas partes, quarum vna supra nubes, altera infra eas conspicitur. Itaque omnes cœli simul sunt conditi, quantum ad spatij continuationem, non vero, quantum ad spatij illius distinctionem.

29. *Qua' e sit principium illud Gen. I. in quo D E V S creauit cœlum & terram?* Est principium temporis, id est, primum mundi momentum, siue τὸ πρῶτον, quod est principium futuri, sed non finis præteriti.

30. *An cœlum tertium sit corpus physicum vel hyperphysicum?* Prius affirmatur de illis, quæ huic cœlo communia sunt cum naturis reliquorum tum corporum, tum cœlorum: posterius de ipsius ordinatione ad finem statumque supernaturalem.

31. *An*

31. *An cœlum terrenum rectè dicatur corpus spirituale?* Nam absolute, sed comparative sic rectè dicitur.

32. *An Deus in principio etiam plantas venenosas condiderit?* A Nam venenum sua natura non est noxium, sed propter peccatum factum est noxium. Videmus enim venenum ita posse temperari, ut profit potius quam obsit.

33. *An stella vivant?* Affirmatur de vita positiva, seu motiva. Vide quæst. 15.

34. *An stelle influant in hæc inferiora?* Experientia suadet affirmatiuam.

35. *An aues ex aquis sint condita?* A. ex Gen. 1. v. 20.

36. *Quanam angelis & hominibus sint communia cum omnibus creaturis?* Quod à Deo sunt facti, mutabiles, finiti, & boni.

37. *Quanam angelis & hominibus inter ipsos sint communia?* Quod facti sunt ad imaginem Dei, hoc est, natura immortalis, intellectu & voluntate, sapientia & iustitia originali, & denique eximia felicitate, præditi.

38. *Cur angeli & homo protoplastus conditi sint mutabiles?* Quia sic postulauit ipsum nihilum, unde sunt conditi, & ipsa creaturæ conditio, quæ ad statum creatoris, qui est immutabilitas, creatione euehi

E . . . . . nec . . .

nec potuit, nec debuit. At ita mutabiles sunt conditi angeli & primus homo, ut tamen actualis mutatio ex bono in malum, istam potentialem mutabilitatem non nisi ex voluntate & libero ipsorum actu esset secutura.

39. *An ex creatione sit liberum arbitrium in angelis & hominibus?* A. Sunt enim præditi intellectu & voluntate.

40. *Quid sit liberum arbitrium?* Est proprietas naturæ intelligentis, qua absque ulla coactione intelligit & vult, quod intelligit & vult.

41. *An liberum arbitrium etiam sit in intellectu?* Sane. Nam radix libertatis ibi occurrat.

42. *An determinatio voluntatis tollat libertatem?* N. Nam determinatio voluntatis alia est interna, alia externa. Illa fit ab intellectu, seu ratione practica: hæc fit vel à Deo, vel ab angelo, vel ab alijs hominibus. Nulla vero ex his cogit voluntatem.

43. *An omnis creatura rationalis possit peccare?* A. si spectetur ut nuda creatura.

44. *An Deus potuerit mundum facere meliorem?* Potuit, si sermo sit de bonitate accidentali.



CAPVT XV.

*De Mundi gubernatione.*

I.

**Q**uid sit gubernatio mundi? Est continuatio creationis, respiciens statum mundi naturalem.

2. *An creatio & gubernatio specie differant?* A. Differunt enim vt procreatio & conseruatio.

3. *An Deus e. iam hodie creet, id est, ex nihilo aliquid producat?* A. Creat enim animam hominis ordinarie, & extra ordinem in miraculis exerit vim creatricem.

4. *An Deus gubernet mundum, & omnia in eo?* A. Id enim constat ex omnibus paginis libri Scripturæ & naturæ.

5. *An mundus possit subsistere per se, postquam à Deo creatus est?* N. Nam perfectio creaturæ est dependentia à creatore.

6. *Qua potentia in nihilum abiret mundus, si non conseruaretur?* Potentia contradictionis, quam Græci vocant *δυνάμιν ἀντιφάσεως*. Nam conditio nihili, é quo mundus factus est, postulat, vt possit iterum tendere in nihil.

B 2

7. An

7. *An omnes euentus resoluantur in primam causam?* A. Nam alia resoluuntur in voluntatem Dei affirmatiue tanquam primam & præcipuam causam, vt sunt omnia bona: alia resoluuntur in voluntatem Dei negatiue, in causam secundam affirmatiue, vt mala culpæ, quæ Deus permittit, angelus & homo patrat.

8. *An inæqualitas ista, quæ est inter pios & impios, quantum ad bona externa, tollat prouidentiam Dei seu gubernationem mundi?* N. Nam primo est æqualitas in hac vita piorum & impiorum, quod ad externa bona, sed in genere consideratorum; singulorum autem, tum inter pios, tum impios est magna differentia. Vtraque autem arguit Dei prouidentiam. Deinde inæqualitas ista reducetur aliquando ad æqualitatem, 1. *Cor. 15. v. 19.*

9. *An opus sit concursu DEI ad actus creatura?* Omnino. Nam in ipso sumus, uiuimus, & mouemur. *Act. 17.* Et causa secunda subest primæ.

10. *Quomodo Deus concurrat cum creaturis?* Concurfus Dei cum causis secundis ad aliquid opus producendum, 1. est generalis vel specialis auxiliij. 2. est influxus seu influentiæ, permissionis, vel directionis. 3. antecedit, comitatur, vel sequitur actionem

nem

nem creaturæ; vnde distinguitur in præcursum, concursum, & succursum.

11. *An vnus sit concursus DEI & creaturæ?* Ratione termini seu operis est vnus, ratione modi est diuersus.

12. *Quomodo DEVS toti mundo præsi- deat, omniaque & singula administret?* Sapienter, iuste, misericorditer, & potenter. Ipse enim nouit pro infinita sua sapientia quis locus iustitiæ & misericordiæ assignari debeat, & pro infinita sua potentia hoc facit.

13. *An Deus omnia referat ad fines suos?* Ita est. Hoc enim conuenit primæ causæ.

14. *An Deus eodem modo regat uniuersa?* N. Nam alia regit mediate, alia immediate: alia ordinarie, alia extraordinarie: alia generaliter, alia specialiter: denique aliter regit bona, aliter mala culpæ.

15. *Quomodo Deus regat mala culpæ?* Permittendo, ordinando, remittendo, puniendo.

16. *Vnde constet, Deum non modo non esse authorem peccati, sed neque esse posse.* Quia DEVS est summum & immutabile bonum.

17. *An DEVS possit pendere à causis secundis?* Non potest. Est enim causa prima & causarum causa. Neque vero continuo

E 3 pendet

pendet à causis secundis, qui occasionem alicujus decreti faciendi, & ordinis cujusdam statuendi ex præuiso creaturarum rationalium libero actu sumit; quod decretum non fecisset, & quem ordinem non statuisset, si causæ secundæ liberæ secus & non ita facturæ fuissent.

18. *Quot modis dicatur Deus aliquid ordinare?* Duobus. 1. quando decernit, vt aliquid fiat, seu ordinat faciendā vt fiant: 2. quando ordinem in factis statuit.

19. *An Deus otiose aliquid spectet, quando illud permittit?* N. Nam qui permittit certi finis gratiā, eumque habet in sua manu, is otiose non spectat.

20. *Quotuplex sit decretum providentia?* Duplex: videl. efficacis actionis, & permissionis. Vtrumque est immutabile. Citra horum alterutrum, & sine certa fixaque hujus vel illius decreti determinatione nec mutare se potest creatura actu suo, quantumuis libera, neque mutationem aliquam aliunde recipere. At non simpliciter necesse est, vt Deus hosce, & non alios, mutationis terminos præfigat, quasi creatura (Deo, si fieri posset, mutationem non curante) eo usque aut mutare seipsam, aut aliunde mutari posset, vt Deus illam redigere in ordinem, & gloriæ suæ illustrandæ occasionem habeat.



habere non queat. Cui enim nihilum ipsum gloriae ipsius declarandæ materia esse debuit, illi mutatio quævis rei ex nihilo ab ipso productæ eidem fini inseruire debet.

21. *Quotuplicia sint iudicia Dei?* Duplicia; occulta, vel ex parte nobis cognita. Vtraque nobis honoranda sunt, & laude justitiæ condecoranda, modo constet Dei iudicia esse. Sed isto prætextu nulla iudicia Deo tribuenda sunt, quæ Scriptura ipsi, non assignat; multo minus, quæ justitiæ DEI in Scripturis patefactæ sunt contraria.

22. *Quid sit permissio in genere?* Est actus voluntatis, quo permittens suspendit aliquam efficientiam sibi possibilem; quæ usurpata actum aliquem ejus, cui permissio fit, circumscriberet, vel re ipsa impediret; ad quem actum præstandum ille idem propensionem habet & vires sufficientes.

23. *An permissio sit actio?* Ex ipsa vocis flexione constat, permissionem ad categoriam actionis pertinere; idemque ex præcedenti definitione est colligere.

24. *Quanam requirantur ad permissionem legitimam?* Voluntas tanquam causa proxima & immediata; tum scientia, & potestas. Nemo enim recte dicitur permittere, nisi & volens hoc faciat, & sciat quid at-

que cui permittat, & possit permittere atq; impedire; nisi denique jus & auctoritatem habeat permittendi.

25. *Quid sit permissio Dei?* Est actus voluntatis diuinæ, quo Deus efficientiam aliquam, vel jure, vel potentia, vel utroque modo sibi possibilem suspendit, quæ efficientia, si a Deo usurparetur, actum aliquem creaturæ rationalis vel circumscribe- ret, vel re ipsa impediret, ad quem actum præstandum creatura illa propensionem habet & vires sufficientes.

26. *Quotuplex sit permissio DEI?* Du- plex: vna, qua actum aliquem lege non ad- stringit, sed permittit illum arbitrio & li- bertati creaturæ, siue hoc fiat ob actus ipsi<sup>9</sup> naturam simpliciter, quale est illud Apo- stoli, *Omnia mihi licent*; siue ob aliud ma- lum vitandum, cujus exemplum est *libel- lus repudiij*. Altera est, qua actui alicui im- pedimentum non ponit actione sua; impe- dimentum, inquam, quo re ipsa impediatur actus, non quo possit vel debeat impediri. Sic permisit Adamum edere de fructu veti- to, Cainum occidere fratrem suum. Licet enim impedimenta adhibuerit, quibus & poterat & debebat impediri vterque actus, tamen non adhibuit quibus actus impedi- tus sit. Nimirum adhibuit impedimenta a-  
ctione

QVA  
memoria  
terba.  
17. Quo  
Duob  
no velit pro  
propensione  
18. Quo  
ntiam (re  
cientia &  
potentia,  
emione v  
la tem aqu  
jecti subira  
est Hieros  
cheribo te  
& octogies  
paratam  
tus est Sa  
liberare p  
16. Ter  
suffiret  
2. Para  
Achab  
nim De  
29.  
dita in  
conjun  
Deus p  
permi

ctione morali & externa, non vero physica & interna.

27. *Quot modis Deus impediatur creaturam?* Duobus modis. 1. ut non possit. 2. ut non velit producere actum, ad quem habet propensionem & vires sufficientes.

28. *Quot modis Deus impedire possit potentiam creaturæ?* Quatuor modis. videl. 1. essentia & vitæ, quæ sunt fundamentum potentia, ablatione. 2. potentia ipsius ademptione vel diminutione. 3. majoris, aut saltem æqualis, potentia oppositione. 4. objecti subtractione. Primo modo impedita est Hierosolymorum expugnatio à Sennacheribo tentata per interfectionem centies & octogies mille virosum ab angelo vna patrata 3 Reg. 19. Secundo modo impeditus est Samson, ne se post capillos detonsos liberare posset é manu Philistæorum, *Jud.* 16. Terrio modo impeditus est Vsias, ne suffiret Iehovæ, resistantibus sacerdotibus. *1. Paral.* 26. Quarto modo impeditus est Achab ne nocere posset Eliæ. Subduxit enim Deus Eliam, *1. Reg.* 19.

29. *Quomodo permissio opponatur prædictæ impeditio?* Ita ut quatuor isti modi jungantur. Necesse enim est, ut cum Deus potentia creaturæ actum aliquem permittit, creatura illa conseruetur ut sit &

**E** **viuat;**

viuat; vt potentia ejus maneat idonea ad actum perpetrandum; vt nulla major vel æqualis potentia opponatur; vt denique obiectum offeratur & potentia permittatur. Vnde apparet permissionem hanc Dei non esse otiosam; vtpote ad quam tot actiones requirantur prouidentia diuinæ conseruantis essentiam, vitam, & potentiam creaturæ, itemque administrantis & gubernantis oppositionem potentia majoris vel æqualis, & oblationem obiecti. Sic DEVS permisit Filium suum potentia Pilati & Iudæorum: sic Satanæ Iobum.

30. *Quot modis Deus impediatur voluntatem creatura?* Duobus. 1. impulsione physica. 2. suasionem morali. Actione physica impedit voluntatem, quando in illam agit secundum modum naturæ, vt necessario inde existat impeditio actus, ad quam propendet creatura aliquo affectu suo. Suasionem impedit Deus voluntatem, quando argumento aliquo persuadet voluntati, ne velit actum perpetrare, ad quem aliquo suo affectu fertur, & cui efficiendo vires habet aut habere sibi videtur sufficientes. Vnde non necessario quidem, sed tamen certo impeditur voluntas.

31. *Quomodo permissio opponatur prædictæ impeditio?* Ita vt duo isti modi conjugantur:

QVÆ  
 gur. N  
 creatur  
 actum  
 cas & pr  
 pimentoru  
 voluntas per  
 munda ad  
 timbus lo  
 agerent  
 Gen. 37. Pe  
 um sufficie  
 dimenti suf  
 32. Quo  
 ram: Sulpe  
 ria, quibu  
 creatura.  
 sunt reucl  
 dis ad obt  
 de consta  
 spensione  
 nis, vel e  
 peccati i  
 lationi  
 suspensi  
 tur cord  
 submini  
 tionibu  
 quo feri  
 bis inge

jungantur. Nam permissio, qua Deus permittit creaturam rationalem velle perpetrare actum, cui perperando vires habet idoneas & propensionem, est suspensio impedimentorum illorum omnium, quibus voluntas persuadenda erat, & reipla permouenda ad nolendum. Sic Deus permisit fratribus Iosephi, vt de fratre occidendo cogitarent, & tandem ipsum venderent, *Gen. 37.* Porro hæc permissio est non tantum sufficientis, sed etiam efficacis impedimenti suspensio.

32. *Quomodo DEVS permittat peccatum?* Suspendendo impedimenta illa omnia, quibus positis peccatum non fieret à creatura. Impedimenta vero istiusmodi sunt reuelatio voluntatis Dei, & motio cordis ad obtemperandum voluntati Dei. Vnde constat permissionem peccati esse suspensionem illius reuelationis, vel motionis, vel etiam vtriusque. Sic v. g. *permissio peccati ignorantia* est ex suspensione reuelationis voluntatis Dei; *peccati malitia*, ex suspensione actus, quo corrigitur & mutatur cordis peruersitas; *infirmitatis*, ex non subministrato robore persistendi in tentationibus; *negligentia*, ex suspensione actus quo seria & sancta cura ac sollicitudo in nobis ingeneratur vires nostras obseruandi &

ambulandi in lege Domini. Nouit enim DEVS, quādo illi visum opus aliquod suum peragere per actus creaturarum rationalium, qui sine peccato ab illis committi non possunt, quam suam efficientiam suspendere debeat, vt permittat creaturis actus illos suos producere.

33. *Cur Deus permittat res, & nominatim peccatum?* Causæ permissionis diuinæ aliæ sunt generales seu vniuersales, aliæ particulares seu singulares. Causæ generales sunt duæ. 1. Libertas voluntatis, cuius participem DEVS fecit creaturam rationalem, quam dominam & principium suarum actionum esse voluit. 2. Perfectionis diuinæ commonstratio, quæ tanta est, vt non solum efficere & impedire quid possit ad gloriam suam, sed etiam actus creaturarum rationalium permisos, & multum sæpe ab ordine ipsis præscripto & posito exorbitantes, ita in ordinem redigere, vt inde longe clarius laus bonitatis, misericordiae, patientiae, sapientiae, iustitiae & potentiae diuinæ eutescat & inuotescat. Quo pertinet, quod ab Augustino pulchre dicitur, *Deum iudicasse ad omnipotentissimam suam bonitatem potius pertinere de malis bene facere, quam mala esse non sinere* Causæ singulares permissionis pro ipsius & permissorum actuum

Actuum

Actuum peccatorumq; diuersitate sunt varia & multiplices.

34. *An prouidentia diuina rectè distinguatur in agentem, impediētem, & permittentem?* Ita est, si quidem τὸ agere sumatur strictè pro efficere seu influere.

35. *Quibus similitudinibus illustrari possit diuersitas actionis Dei & creatura?* 1. Similitudine horologij automati, in quo rota maxima vno eodemque impulsu ciet motus varios & diuersos in alijs rotis 2. Similitudine solis splendentis per vitrum sordidatum. 3. Similitudine fessoris, qui rectè regit equum claudicantem.

36. *An Deus negando gratiam fiat causa peccati?* Potest Deus causa peccati constitui per actum affirmatiuum, vel negatiuum. Actus affirmatiuus est inclinatio ad peccandum, infusio malitiæ, & doni necessarij subductio. Actus negatiuus est noncollatio gratiæ confirmantis, quæ necessaria est ad vitandum peccatum. Priores actus omnino sunt remouendi à Deo: posterior, negatiuus videl. non simpliciter, sed secundum quid. Deus enim absque peccato negare potest gratiam confirmantem propter defectum, qui in nobis est. Sic quoniam primus homo nō expetiuit auxilium Dei, iure ipsi negata fuit gratia confirmans.

37. *Permissio qualis sit actus?* Est actus remissæ voluntatis: quæ voluntatis remissio DEVM decuit v. g. in primo hominis peccato. quia hominem liberi arbitrij fecit, vt illius liberam & voluntariam obedientiam exploraret; quod non potuisset, si impedimentum homini objecisset insuperabile.

38. *Permissio qualis sit causa?* Resolvitur in causam sine qua non. Causa siquidem euid, quod Deus permittit, licet sine illa non eveniret: sed ipsa propria & immediata causa, quæ actum producit cum concursu Dei ipsi semper parato. Porro recte dicitur, Deum proprie, primo, & immediate velle permissionem suam. At inde non sequitur, Deum eodem modo velle euentum peccati.

39. *Quid sit sentiendum de triplici actione providentia DEI in actibus hominum: videl de actione quæ est ἡ Ἰδονία, ἡ οἰκονομία, ἢ κατὰ συγχώρησιν?* Partitio ista authorem habet Suidam, & vtiliter adhibetur, hoc sensu. Actio DEI ἡ Ἰδονία est, qua Deus aliquid vult, probat, efficit, eoque delectatur. Actio ἡ οἰκονομία est, qua Deus conseruat & sustentat existentiam, facultates, & motiones

nes



nes creaturarum, Actio κατὰ συγχώρησιν  
est, qua Deus permittit & ordinat aliquid

40. *Quid sit miraculum?* Est opus solius  
Dei, quo aliquid efficitur supra ordinari-  
um naturæ cursum, immediate aut me-  
diate.

41. *An monstra subiaceant providen-  
tia Dei?* Sic est Nam Deus justo iudicio illa  
sinit produci.

42. *An Deus in miraculis aliquid faci-  
at contra naturam?* Nihil facit contra na-  
turam vniuersalem. at facit aliquid contra  
naturam particularem.

---

CAPVT XVI.

*De Angelis.*

I.

**A**N reuera sint angeli? Sic est. Nam Scri-  
ptura V. & N. T. & experientia hoc  
testantur.

2. *Num angeli sint ἰσὶ φύσιν, seu  
personæ?* A. Id enim in di-  
nt ipsorum nomi-  
na & opera.

2. *Vtrum angeli sint aliquo modo cor-  
pori?* N. Sunt enim meri Spiritus:

4. *Vtrum angeli sint innumeri?* Abso-  
lute in se & ratione Dei numerus ipsorum  
est finitus,

5. *An*

5. *An alicubi in Scriptura fiat mentio creationis angelorum?* implicite fit mentio Gen. 2. v. 1. & explicite, Coloss. 1. v. 16.

6. *Quando angeli sint creati?* Primo die vna cum ipso: um domicilio.

7. *Num angeli sint prorsus simplices?* N. Hæc liquidem est proprietas Dei.

8. *Num angeli sint in loco?* A. Nam illocalitas est proprietas solius Dei.

9. *Quais sit scientia angelorum ex creatione?* Magna, & recta, sed non infinita.

10. *An virtutes morales cadant in angelos?* Cadunt: sed modo naturæ spirituali conueniente.

11. *An affectus cadant in angelos ex creatione?* Cadunt: sed non sensuum illi, qui competunt in statum vitæ animalis.

12. *Num angeli cognoscant singularia?* Maxime. Cognoscunt enim Deum, seipso: cælum, terram, hos & illos homines.

13. *Num angeli cognoscant aliquid per suam essentiam?* Admodum pauca; videl. Deum, seipso, & officium suum.

14. *Num angeli cognoscant omnia vno & simplici intuitu?* N. Hoc enim est solius Dei.

15. *Num angeli aliquid cognoscant per species sibi concreatas?* A. Nam si homo ita cogno-

cogno-

QVA  
 poscit prin  
 gelus.  
 16. Num a  
 sum? A.  
 quater cogn  
 17. Vtrum  
 gitationes?  
 gnoscent. lo  
 plus homin  
 18. Num  
 etim ad rem  
 19. Num  
 Non possun  
 ministri &  
 20. Vtr  
 Hæc enim  
 21. N  
 Multa fut  
 22. A  
 tione?  
 præditi  
 23. A  
 imagine  
 præditi  
 stitia or  
 mia  
 24.  
 Vtique.

cognoscit prima principia, multo magis angelus.

16. Num angeli cognoscant aliquid per discursum? A. Iphis enim non sunt omnia æqualiter cognita.

17. Vtrum angeli cognoscant animorum cogitationes? Intime & infallibiliter nõ cognoscunt. Id enim est partim Dei, partim ipsius hominis cogitantis.

18. Num angeli possint creare? N. Hanc enim ad rem requiritur vis infinita.

19. Num angeli possint facere miracula? Non possunt vi natura: possunt, tanquam ministri & organa Dei.

20. Vtrum angeli possint generare? N. Hæc enim est actio corporis naturalis.

21. Num angeli futura prænoscant? Multa futura assequuntur certo, quadam *στοχαστικῶς*.

22. An omnes angeli sint pares ex creatione? A. Nam omnes æqualiter fuerunt præditi sapientia & iustitia originali.

23. An recte dicantur angeli conditi ad imaginem DEI? Maxime. Fuerunt enim præditi natura spiritali, sapientia & iustitia originali, & denique felicitate eximia.

24. Num angeli moueantur localiter? Vtique. Transeunt enim é loco in locum per

per medium siue interjectum spatium.

25. *Quomodo angeli se moueant; Celerissime, quomodo videmus fulgur & cogitationes nostras ferri velut in instanti.*

26. *Quomodo angeli moueant res alias? Expedite quidem, nec tamen in instanti.*

27. *Num angeli possint  $\alpha\delta\omega\alpha\tau\alpha$  physica? N. Neque enim possunt vacuum introducere in hunc mundum, cœlum & stellas conuellere, elementa confundere, &c.*

28. *Num angeli presint sideribus? Verisimile est, illos præesse corporibus cœlestibus, quomodo elementis & alijs naturis præesse statuuntur; veruntamen ita, vt non sint allegati & velut affixi orbibus cœlestibus & reliquis corporibus.*

29. *Virum angeli presint provincijs? Sane. Nam sicut Deus gubernat ecclesiam per angelos: ita verisimile est eum gubernare politiam per eosdem.*

30. *Num angeli presint hominibus? Ita esse docet Apostolus, Heb. .i.*

31. *In quot statibus considerentur angeli? In statu innocentia seu creationis, confirmationis, & defectiois.*

32. *Cur quidam angeli permanserint in statu innocentia? Quia D E O placuit illos confirmare in gratia, qua recte sunt vsi per ipsius gratiam.*

33. *Num*

33. Num angeli boni adhuc periclitentur? N. Sunt enim positi extra aleam erroris & lapsus.

34. An Christus sit mediator bonorum angelorum? Est ratione confirmationis. Sicut enim Christus est caput electorum hominum, ita & electorum angelorum. Nimirum sicut angeli per Christum sunt creati, sic per eundem sunt confirmati.

35. Num angeli pertineant ad ecclesiam catholicam? Vtique. Sunt enim euocati ex statu creationis, & translati in statum confirmationis. Deinde sunt nostri conserui sub vno capite, quod est Christus.

36. Quodnam sit officium bonorum angelorum? Gloriam DEI & salutem hominum electorum vnice sibi habere cōmendatam.

37. Num sit aliquis sermo bonorum angelorum? Sic est. Laudant enim DEVM assidue.

38. An boni angeli sint inuocandi? Non sicut. Nam solus Deus est inuocandus, id est, religiose adorandus.

39. Num amicitia cum sanctis angelis possit coli? Omnino. Sunt enim confratres nostri.

40. Num hodieq; boni angeli appareant? Raro. Itaq; cauto est opus, ne apparitiones Satanicæ nobis imponant.

41. Quod-

41. *Quodnam sit primum peccatum angelorum?* Respectu intentionis est malitiosa affectatio sublimioris status, atque adeo superbia; respectu ordinis est infidelitas, radix illa iniquitatis omnis. Hinc Christus ait *Iohan. 8.* diabolum in veritate non perstittisse.

42. *An sit ordo inter malos angelos?* Est: quia habent principem. At vero iste ordo nihil pulchritudinis continet, nihilq; commune habet cum ordine, qui est inter bonos angelos.

43. *An qua apud Diorysium occurrunt de hierarchijs angelorum sint admittenda tanquam certa?* N. Destituuntur enim fundamento Scripturae.

44. *Qua sint opera malorum angelorum?* Officere gloriae Dei & saluti hominum, imprimis electorum.

45. *Num angeli mali possint liberari?* N. Nam obstrinxerunt se peccato in Spiritum Sanctum.

46. *Quomodo angeli assumant corpora?* Boni accipiunt illa a Deo legante: mali ea assumunt, Deo permittente: utriq; uniunt illa sibi, non unione personali, vel essentiali, sed accidentali.

47. *Num angeli vero in corporibus assumptis ederint ac biberint?* Boni edunt

ευχρησ

QUEST.  
 Balx  
 labio lud  
 An diabo  
 Deo perm  
 An diab  
 am vere tr  
 & conse  
 reuera, ut  
 um phanta  
 lli videant  
 ac pari.  
 Quid d  
 p. p. p. p.  
 nos; inter  
 corum manc  
 ha: domina  
 si. An g  
 um, semper  
 conlat, diab  
 culis specta  
 dere c


*συγκριτα βαλκω̄ς, non φυσικω̄ς : mali*  
 proculdubio ludificati sunt homines.

48. *An diabolus possit ciere tempestates?*  
 Pot. Et Deo permittente. Vide Iohan. I.

49. *An diabolus corpora suorum man-*  
*cipiorum vere transferat per aerem ad con-*  
*uentus & comessationes?* Interdum hoc fa-  
 cit reuera, vt experientia testatur: inter-  
 dum phantasiā ita corrumpit, vt illi mi-  
 selli videantur sibi nescio quid videre, age-  
 re, ac pati.

50. *Quid de diabolo incubo & succubo*  
*sit statuendum?* Interdum diabolus fascinat  
 suos; interdum abutitur corporibus vel  
 suorum mancipiorum, vel bestiarum ad  
 hanc abominandam Venerem.

51. *An, qui videntur in choreis. mago-*  
*rum, semper sint magi?* N. Nam ex historijs  
 constat, diabolum sæpe phasma obijcere o-  
 culis spectantium, vt videantur sibi vi-  
 dere corpora hominum etiam  
 pijssimorum.



## CAPVT XVII.

De Statu innocentie  
Hominis.

## I.

**C**ur hic status dicatur innocentia? Quia homo fuit præditus innocentia vniuersali & particulari, personæ & operis, habituali & actuali.

2. Qualis homo initio sit conditus? Ad imaginem Dei.

3. An imago Dei, & similitudo Dei differant? Non differunt hoc loco: quia Gen 1. *αιξηλικως η̄ εξηηλικως* dicitur homo conditus ad imaginem Dei, ad similitudinem, inquam, summi boni. Alias imago Dei latius patet quam similitudo Dei: quia imago Dei est essentialis, vel accidentalis. Illa in paritate, hæc in similitudine Dei consistit.

4. An recte imago Dei in homine dicatur alia natura, alia gratia, alia gloria? Sic est. Nam illa consideratur in homine integro integra, in corrupto mutilata: ista in homine redempto, instaurata ex parte: hæc in eodem consummata. Memineris etiam imaginem naturæ & gratiæ paulo aliter accipi:

VT

QUEST  
modo dici  
esse, imag  
Quot fin  
Tres: e  
anima sp  
anima &  
Quod attinet  
tata fuit in  
eminent  
amato argu  
animagine  
bona animi co  
6. Anima  
tis, vel se  
quanta fuit,  
creacionis era  
lias distingui  
turalem, qu  
lis, partim se  
animæ est i  
tur naturali  
parabilis, e  
7. Qua  
entia? Ta  
omni error  
8. An  
iis. Fuit  
creatus.  
9. An



vt quando dicimus imaginem naturæ remansisse, imaginem gratiæ abolitam fuisse.

5. *Quot sint partes imaginis Dei in homine?* Tres: è quibus prima respicit essentiam animæ spirituales; secunda, eminentiam animæ & corporis; tertia, dominium. Quod attinet ad eminentiam animæ, illa spectata fuit in sapientia & iustitia originali; eminentia corporis in eximio temperamento atque immortalitate. Alij considerant imaginem Dei in homine quantum ad bona animi corporis, & fortunæ.

6. *An imago DEI in homine fuerit naturalis, vel supernaturalis?* Tota, quanta quanta fuit, naturalis fuit, quatenus lege creationis erat naturaliter propaganda. Alias distinguitur in naturalem, & supernaturalem, quatenus fuit partim inseparabilis, partim separabilis. Sic v. g. immortalitas animæ est inseparabilis, & proinde dicitur naturalis; at iustitia originalis fuit separabilis, & ideo dicitur supernaturalis.

7. *Quanta fuerit protoplastorum sapientia?* Tanta, vt Deum & eius opera sine omni errore potuerint cognoscere.

8. *An iustitia originalis fuerit substantia?* N. Fuit enim qualitas, seu habitus concretus.

9. *An iustitia originalis fuerit naturalis?*

zis? A. quatenus videl. Adam, si non peccasset, illam propagaturus fuisset in posteros.

10. *An immortalitas corporis fuerit primo homini naturalis?* Sic est. Nam & illam propagaturus fuisset in posteros, si perstisset.

11. *Quomodo fieri possit, ut corpus ex elementis conflatum, sit immortale?* Si constet proportione anatica, quam vocant. Exemplum hujus rei est in auro.

12. *Quale fuerit fœdus in statu innocentia?* Fœdus naturæ, quod dicitur creationis, operum, & legale.

13. *An in aliquo mediatore hoc fœdus fuerit fundatum?* N. Sufficiebat enim natura hominis integra, vi creationis instructa sufficientibus viribus.

14. *Quam obedientiam hic ab homine Deus sit stipulatus?* Vniuersalem, quæ includit particularem.

15. *Cur Deus homini interdixerit esu certa arboris?* Quia voluit explorare ipsius obedientiam actu facili, pertinente ad vitam animale.

16. *Qualis fuerit arbor vetita?* Hoc definiiri non potest.

17. *Cur arbor vetita fuerit appellata arbor cognitionis boni & mali?* Ab euentu, seu experientia hæc nomenclatura fuit sum-

18. *Quid*

18. *Quid*

18. *Quid*  
 19. *Quid*  
 20. *Quid*  
 21. *Quid*  
 22. *Quid*  
 23. *Quid*  
 24. *Quid*  
 25. *Quid*

18. *Quid Deus homini promiserit in hoc fœdere? Continuationem felicitatis, seu confirmationem in gratia.*

19. *Qualis fuerit gratia primi hominis? Amissibilis.*

20. *Qua in re fuerit posita gratia illa? In benevolentia DEI & beneficijs ex creatione resultantibus, inter quæ fuit justitia originalis, quæ dicitur gratia gratum faciens in homine protoplasto.*

21. *Quo sacramento DEVS obsignavit fœdus naturæ? Arbore vitæ.*

22. *An arbor vitæ habuerit vim conferendi immortalitatem? Non habuit. Neque enim creatura potest ejusmodi priuilegium conferre. Interim verum est, quod prædita fuerit vi eximia conseruandi vitæ vigorem. Nam sacramenta, si non haberent similitudinem illarum rerum, quarum sunt sacramenta, ne sacramenta quidem essent.*

23. *An arbor vitæ fuerit figura Christi? In statu innocentia non fuit. At nunc est quatenus videl. inde sumitur metaphora.*

24. *Vbi locorum fuerit paradysus? In ea Chaldaæ parte, quæ appellata fuit Aurantidis. Ibi enim fuerunt quatuor illa flumina, quorum mentio fit, Gen. 2.*

25. *An Adam in statu innocentia cognouerit Evam? Non videtur.*

F.

26. *Quam-*

26 *Quamdiu homo perseverauerit in hoc statu? Non diu, vt videtur.*

CAPVT XVIII.

*De statu miserie Hominis.*

I.

**V**Ter protoplastorum grauius peccauerit? Adam: quia in ipso imago Dei fuit potior.

2. *Quid sit peccatum? A'νομία, id est, discrepantia à lege Dei.*

3. *Quodnam fuerit primum hominis peccatum? Transgressio legis specialis, Gen. 2. seu inobedientia, Rom. 5.*

4. *An primum peccatum sit actuale? Sane, quatenus fuit patratum ab Adamo & Eua.*

5. *An verum sit illud: Nihil mali cau-ri potest, nisi Deo impediante? Omnino. Est autem ista impeditio vel ex omnipotente Dei actione in voluntatem hominis agente secundum modum naturæ, seu naturalis libertatis, vnde impeditionis existit necessitas seu inuitabilitas: vel ex suasionem, quæ agit in voluntatem secundum modum puræ libertatis, vnde impeditionis infallibilitas existit.*

6. *Quo-*

Quas  
Quomodo  
Deus num  
quin &  
hære, id est  
currere cum  
sufficientes  
sua ponat ho  
m dabitur  
aber auferem  
pocua. Ar  
stra. Sic Ada  
ilegem quam  
reque prater  
dicuam requ  
cere, nisi Ada  
i Deo ejusque  
7. An hom  
peccauerint?  
omnes euen  
8. An D  
tes laborant  
Nam quod  
mittit, ab æ  
tere.  
9. An pr  
tio? Affirm  
tis. Nam de  
eum.

6. *Quomodo posse, velle, & agere bonum, sint dona & effecta Dei in homine? Hoc pacto. Deus nulli dat potentiam bene operandi, quin & paratus sit dare velle in super & facere, id est, vltiore auxilio gratiæ concurrere cum homine ad volendum & actu faciendum illud bonum, ad quod vires sufficientes accepit, nisi obicem ex parte sua ponat homo, vel posuerit. Habenti enim dabitur, & non habenti etiam quod habet auferetur. Secus frustra data fuerit potentia. At sapiens Deus nihil facit frustra. Sic Adamo dedit facultatem præstandi legem quam posuerat, & paratus fuit dare quæ præter facultatem ad actualem obedientiam requirebantur, nempe velle & facere, nisi Adam se vltro & voluntario motu à Deo eiusque gratia auerteret.*

7. *An homines protoplasti in scio DEO peccauerint? N. Deus enim ab æterno vidit omnes euentus.*

8. *An Deus decreuerit, ut primi parentes laberentur? Decreuit hoc permittere. Nam quod Deus in tempore facit & permittit, ab æterno decreuit facere & permittere.*

9. *An primi parentes lapsi sint necessario? Affirmatur de necessitate infallibilitatis. Nam decretum Dei non potest fieri irritum.*

10. An

10. An

10. *An Deus potuerit vel de iure impedi-  
 dire lapsum primi hominis?* Cum Deus ho-  
 mini libertatem arbitrij concesserit, & qui-  
 dem vt ea vteretur, non debuit, imo nec  
 potuit impedire lapsum isto modo, qui li-  
 bertatis vsum infregisset. Deinde non fuit  
 obligatus ad impediendum alio modo,  
 quam per collationem virium ad lapsum  
 cauendum necessariorum & sufficientium.  
 Et si ergo Deus per absolutam suam poten-  
 tiam potuerit lapsum impedire, tamen non  
 potuit per iustitiam. Circumscribitur et-  
 iam absoluta Dei potentia per decretum,  
 quo aliquid in alteram partem est statu-  
 tum. Et quanquam Deus nulli simpliciter  
 sit obstrictus, potest tamen actu aliquo se  
 obligare, nempe vel promittendo, vel a-  
 ctum aliquē ab homine postulando. Quod  
 promisit, præstare tenetur. Debet enim sibi  
 suæ veritatis immutabilitatem. Postulan-  
 do actum, debitorem se facit ad dandum  
 potentiam & vires, sine quibus ille actus  
 præstari non potest. Secus si faciat, metit v-  
 bi non seminavit. Hinc plana est ratio re-  
 sponſionis allatæ.

11. *Quid sit permissio lapsum protoplasto-  
 rum?* Est cessatio ab actu impediendi lap-  
 sum, & negatio gratiæ efficacis, non vero  
 sufficientis. Nam si Deus negasset gratiam  
 suffi-

sufficientem, in ipsum culpa merito conferretur: utpote qui peccati istius causa fuisset per modum remouentis vel nõ dantis id, quod erat necessarium ad præstandum actum, quem ipse lege præscripserat. Vnde sequeretur & legem illam iniquam fuisse, utpote quæ non fuerit proportionata viribus hominis, siue defectus ille virium sit ex non-datione, siue ex ablatione earundem ante vllam culpam ab homine commissam.

12. *An Deus voluerit permissionem lapsus?* Non tantum illam præsciuit, sed & voluit voluntatis actu affirmatiuo, tendente immediate in ipsam permissionem.

13. *Cur Deus permiserit primum peccatum?* Causa hujus rei non tantum à consequenti, verum & ab antecedenti est sumenda. Ab antecedenti: quia Deus ita hominem condidit ut esset liberi arbitrij, qui præstare vel non præstare posset obedientiam secundum voluntatis suæ libertatem; quam suam institutionem in creatione sancitam rescindere non potuit propter suam immutabilitatem. A consequenti: quia vidit se ex peccati occasione gloriam gratiæ & justitiæ suæ demonstrare posse. At hoc consequens non sequitur ex ipso peccato naturaliter, sed per accidens. Ut e-

nam Deus ex tenebris lucem, ita ex peccato gloriam suam elicere nouit & vult pro infinita sua sapientia, bonitate, & potentia. Esti ergo non simpliciter bonum sit, vt mala fiant: tamen ex hypothese voluntatis Dei est melius vt sint mala, quam vt non sint. Nam Deus iudicauit melius esse de malis bene facere, quam mala impedire.

14. *An peccato non permissio impeditum fuisset bonum vniuersi? Non simpliciter ad bonum & perfectionem vniuersi facit peccati existentia, sed secundum quid: quatenus Deus decreuit bonum vniuersi per peccati permissionem & existentiam illustrare ac promouere arte inimitabili.*

15. *An lapsus Adami recte dicatur felix culpa? Per catachresin hyperbolicam recte excusatur illa loquendi formula: quatenus videlicet redemptio nostri per Christum ex culpa illa extitit occasionaliter, Deo ita disponente pro arbitrio, vt culpa ista per talem & tantum redentorem lueretur & eueretur.*

16. *An lapsus hominis sit in gloriam Dei? Non actus hominis, qui est lapsus, sed actus Dei, qui est permissio & ordinatio lapsus, est in gloriam Dei.*

17. *An homo sit lapsus volente Deo? Affirmatur de voluntate permittente. Nam Deus permisit lapsum sciens, volens. Et voluit lapsum euenire actu alieno non suo.* 18.

QVA  
 Car D  
 qua sic decu  
 potens a  
 que volun  
 conditus  
 An au  
 it Adam  
 os ipsi non d  
 rellet. At aux  
 citans ipsi def  
 le, vt possit.  
 quia adesse n  
 us. Deinde  
 mas resem  
 nam prima  
 doza in ipso  
 nam secund  
 10. An  
 primum hom  
 DEVM de  
 velle, non q  
 assertio ver  
 non simpli  
 modo. Ra  
 dici simpli  
 gratia Dei  
 tus, gratia  
 ctus omni  
 ad perseue



18. *Cur Deus hominem sibi permiserit?*

Quia sic decuit obedientiam illius tentari, qui potens arbitrij sui & dominus principumque voluntarium actionum suarum à Deo conditus erat.

19. *An auxilium & gratia aliqua defuerit Adamo?* Auxilium & gratia sufficiens ipsi non defuit. Acceperat enim posse, si vellet. At auxilium & gratia efficax seu excitans ipsi defuit. Non enim acceperat velle, vt posset. Hæc vero gratia ideo defuit: quia adesse non debuit. Acceperat enim satis. Deinde gratia illa excitans siue confirmans reservabatur pro premio. Si enim gratiam primam recte collocasset, Deus sua dona in ipso coronasset, adijciendo gratiam secundam.

20. *An recte dicatur, Deum deseruisse primum hominem?* Augustinus sane dicit, **DEVM** deseruisse hominem quantum ad velle, non quantum ad posse. Quæ quidem assertio vera est, si hæc desertio ita dicatur non simpliciter sed *κατὰ τιν*, & quodammodo. Ratio prioris est: quia non potest dici simpliciter à Deo desertus, qui est in gratia Dei, iustitia originali à Deo ornatus, gratia gratum faciente præditus, instructus omnibus necessarijs donis & auxilijs ad perseuerandum in bono, quo & ipse

Spiritus sancti assistentia munitus ad resistendum tentationi. Ratio posterioris est: quia Deus illi, cui ista omnia contulit, non præstitit auxilium efficax, non confirmationem actualem in bono, non gratiam secundam, sine qua priores illæ gratiæ inefficaces sunt.

21. *An ullum peccatum sit veniale? Sua natura nõ est: quia est læsio majestatis Dei; quod crimen sua natura & per se est mortale.*

22. *An peccatum originale sit proprie peccatum? Ita est. Competit enim ipsi definitio peccati.*

23. *An ante Augustinum doctores asseruerint peccatum originis? Omnino: etsi non ita fuse & dilucide. Neque enim controversia illa ante Augustinum fuit mota.*

24. *An peccatum originis sit voluntarium & liberum? Quantum ad primam sui partem, id est, defectionem in lumbis Adami & Evæ, omnino est liberum. Quantum ad partem alteram, id est, corruptionem, est necessarium, neque tamen ideo aliquid coactum.*

25. *Quomodo peccatum originis propagetur? Iusta Dei imputatione, & ordinaria lege generationis. Cum primum enim ani-*  
ma

rationalis in  
tracto, exi  
Deus nega  
miam apo  
mpio.

An pecc

est enim qu

bona: quip

27. An pe

omnibus ha

de heredibus

habere excipi

ab An pe

is inibus?

negatur de eti

originis z qua

29. An pec

net quam acti

lum culpæ, c

quinat, vt act

30. Quo

tur regnans

vires suas ex

31. An pe

hos? Totali

dere potest i

parte: vt ex

mur.

32. Qu

ma

ma rationalis infunditur corpori à parenti-  
bus tracto, existit persona rea in Adamo,  
cui Deus negat gratiam suam, atque ita ob  
primam apostasiam existit in homine  
corruptio.

26. *An peccatum originis sit substantia:*

N. Est enim qualitas. Et omnis substantia  
est bona: quippe vel creator, vel creatura.

27. *An peccatum originis reuera insit  
in omnibus heredibus Adami?* Affirmatur  
de heredibus naturalibus. Itaq; solus Chri-  
stus hic excipitur.

28. *An peccatum originis æqualiter sit  
in omnibus?* Affirmatur de culpa & reatu:  
negatur de effectis. Neque enim peccatum  
originis æqualiter se exerit in omnibus.

29. *An peccatum originale magis inqui-  
net quam actuale?* N. Nam si spectetur ma-  
lum culpæ, qualitas naturalis non ita in-  
quinat, ut actio voluntaria.

30. *Quo sensu peccatum originis dica-  
tur regnans, vel non-regnans?* Quatenus  
vires suas exerit, vel non.

31. *An peccatum regnans cadat in ele-  
ctos?* Totaliter & finaliter non cadit. At ca-  
dere potest in illos ad tempus, & aliqua ex  
parte: ut exemplo Davidis & Petri mone-  
mur.

32. *Quo sensu peccatum originale dica-*

F S

119

*ur vinum & m rtuum; Q*atenus per legem cognoscitur, vel non.

33. *An peccatum originis maneat post baptismum?* Manet in electis, quantum ad inhabitationem, reatu & pœna sublatis. Manet in reprohis, quantum ad dominationem & damnationem.

34. *An concupiscentia in renatis sit peccatum?* Affirmatur partim de propensione mala, partim de actu inordinato. Vtriq; enim competit definitio peccati.

35. *Quomodo differant peccare & peccatum facere?* Ut minus, & majus.

36. *Quomodo diuidatur peccatum actuale?* Varijs modis. Est enim 1. commissionis, vel omissionis, 2. ignorantia, infirmitatis, malitia, & negligentia seu incogitantia. 3. voluntarium, vel inuitum. 4. per se, vel per accidens. 5. contra conscientiam, vel non. 6. offensionis, vel non. 7. in animo solo, vel etiam in corpore. 8. spirituale, vel carnale. 9. regnans, vel non regnans; & regnans vel toto impetu, vel leuius. 10. occultum, vel manifestum. 11. in foro poli, vel soli. 12. remissibile, vel irremissibile, 13. mortale sua natura, seu merito, vel ipso etiam euentu, &c.

37. *An peccata actualia sint paria?* N. Nam ipsorum grauitas & leuitas aestima-

tur

tur ab efficiente, modo, effectis, objecto loco, & tempore.

38. *Quid sit scandalum?* Est dictum vel factum, qua aliquis fit deterior, vel saltem tristis.

39. *Quotuplex sit scandalum?* Est 1. datum, vel acceptum. Illud actuum & per se; hoc, passivum & per accidens. 2. internum, quo aliquis seipsum scandalizat: vel externum, quo alium.

40. *Quæ scandala sint cauenda?* Scandala infirmorum, seu data. Quod attinet ad scandala Pharisæorum, seu accepta, illa sunt negligenda, exemplo Christi.

41. *Num etiam angeli possint scandalum alijs prætere?* Lapsus diaboli & sociorum ejus hætenus est scandalum, quatenus contristavit bonos angelos. Deinde si angelus bonus alicui homini appareat, dictis vel factis illius potest hic offendi, si non satis assequatur illorum rationem.

42. *Quid sit peccatum in Spiritum sanctum?* Malitiosa abnegatio veritatis cœlestis, conjuncta cum crudelitate & persecutoria.

43. *Vtrum præcipue in legem an euangelium committatur hoc tale peccatum?* Posterius affirmatur ex ejus definitione.

44. *Cur hoc peccatum sit irremissibile?*

F 6

Quia

Quia conjunctum est cum finali impoenitentia.

45. *An electi possint illud designare? N.*  
Nam illi non possunt excidere gratia.

46. *An omnes reprobi id admittant? N.*  
Etsi enim omnes reprobi moriuntur in peccatis suis: non tamen omnes abnegant veritatem coelestem, quia multi sunt non-vocati, itemq; hypocritæ.

47. *An sciri possit, qui peccent in Spiritum sanctum? Ordinarie hoc difficulter sciri potest. Itaq; cauendum, ne præcipitemus judicium.*

48. *An sint aliqua species peccati in Spiritum sanctum? Vulgo istæ species recensentur: præsumptio de gratia Dei, vel impunitate peccati; invidentia fraternæ salutis; quævis veritatis abnegatio; obstinatio; deniq; desperatio. Verum sola malitiosa, crudelis, & perseverans abnegatio veritatis coelestis venit hoc nomine.*

49. *An peccatum apud Deum decerentem habeat rationem boni? N. DEVS enim considerat peccatum, quale est. Est autem toto genere malum. Interim verum est, bonum esse vt mala sint, nempe propter Dei sapientiam, omnipotentiam & voluntatem. Id autem est per accidens.*

50. *Quomodo DEVS velit & non velit impes*

Qua  
quid pecc  
ati vult pe  
si, seu ap  
capere non i  
& vult  
Quor  
David  
judicialiter  
præceptio,  
ens oblatu  
nimi Seme  
nem lingua  
vacant culp  
51. Quo  
& Indura  
Illa comple  
tellectus, n  
oblationem  
malitiosa d  
affectatio  
missione e  
est judici  
53. A  
peccatum  
peccati? S  
tum antea  
liud pecca  
nullos suo  
quibus po

*impedire peccatum?* Deus voluntate beneplaciti vult permittere, quod voluntate signi, seu approbante, vult non fieri. Vult, itaque non impedire peccatum secundum quid, & vult impedire secundum aliud.

51. *Quomodo Deus præcepit Semeio, ut Davidi malediceret?* Non moraliter, sed judicialiter. Includit autem judicialis ista præceptio, 1. oblationem, qua David fugiens oblatus est Semei. 2. obdurationem animi Semei, diuinitus factam. 3. directionem linguæ maledicæ. Qui actus omnes vacant culpa.

52. *Quomodo DEVS induret, excæcet, &c?* Induratione actiua, non vero passiuâ. Illa complectitur non illuminationem intellectus, non emolliuionem voluntatis, & oblationem variarum occasionum; hæc est malitiosa diaboli, vel hominis, infusio aut affectatio duritiei. De excæcatione, immisione efficacis erroris, & similibus idem est iudicium.

53. *An detur peccatum, quod simul sit peccatum pœna peccati, & causa alterius peccati?* Sic est. Nam Deus propter peccatum antecedens permittit, vt peccator aliud peccatum committat; modo & actus nonnullos suos suspendit, aliosque producit, quibus positis creatura pro sua malitia peccabit,

cabit, & ita committendo aliud peccatum maiorem sibi poenam meretur Sic v.g. excæcatio passiva est peccatum seu malum culpæ, & poena præcedentis peccati, & causa consequentis.

54. *Quomodo Deus unius eiusdemque actus sit effector & permissor?* Quando peccatum designatur ab homine, Deus est *actus* quidem *effector*, at ipsius peccati non nisi permissor Hoc ita patet. Deus est causa alicuius, qui a creatura proficiscitur, *actus*, mediata, vel *immediata*. *Mediata causa* est, quando influit in causam secundam, illamque mouet ad causandum actum: *immediata*, quando vnà cum creatura influit in ipsum actum, & simul cum creatura causa est totalis illius actus. Quando Deus mouet creaturam ad causandum, tunc, quia creatura vt causa secunda & subordinata determinatur à causa prima mouente ad particularem actum, qui speciem habet ab influxu & motione Dei, fieri nequit, vt actus ille, qualiscunque sit, habeat peccari rationem Quando vero Deus *immediata causa* est actus, qui à creatura producitur tunc causa secunda si libera sit, in potestate sua habuit vel influere in actionem, vel influxum suum, suspendere, ne illa esset actio, atque ita influere vt potius hæc actio quam  
alia

actio prod  
ca secunda  
um, cumq  
teralem De

hac partic  
ctus conf

ca esse &  
causæ

culpa vacat  
peccatum

DEVS ar  
spensatione  
actum nat

quis, DE  
influxum

fluxum cre  
num, effi

Resp. quia  
55. A

qua est sen  
na est vel

uariua  
56. A

in pecca  
57. G

Vulgo hi  
uatio bea  
tum: terc  
ta, nocu

bonorum



alia actio produceretur. Vnde sequitur, cum causa secunda liberè influxerit in suum actum, cumque particulari suo influxu universalem Dei influxum determinaverit ad hunc particularem actum, speciemque actionis constituerit; causam secundam in culpa esse & actum illum merito peccatum dici causæ secundæ respectu, Deum vero culpa vacare, ejusque respectu actum illum peccatum dici non posse. Permittit enim **DEVS** arbitrio secundæ causæ liberæ dispensationem influxus proprii in aliquem actum naturaliter bonum. Cur vero, inquis, **DEVS** non denegat concursum & influxum suum creaturæ, cum videat influxum creaturæ in actum naturaliter bonum, efficere, ut ille fiat moraliter malus? Resp. quia sic ipsi placet.

55. *An pœna rectè dividatur in eam, qua est sensus & damni? Quidni? Nam pœna est vel positiva, seu inflictionis, vel privativa seu carentiæ.*

56. *An pœnam aeternam mereatur quodvis peccatum? Affirmatur de foro poli.*

57. *Quis sit ordo gravitatis pœnarum? Vulgo hic statuitur. Maxima pœna est privatio beatitudinis; secunda, privatio virtutum: tertia, inordinatio potètiarum: quarta, nocumentum corporis: quinta, amissio bonorum exteriorum.*

58. *An*

58. *An Deus aliquem puniat pro alio?*  
N. si nempe non communicet cum illius peccato.

59. *Cur regeneriti adhuc puniantur?* Pœna ipsorum non est solutionis aut satisfactionis, sed castigationis & probationis patetnæ.

60. *An mors temporalis sit sequela natura?* N. Est enim conjuncta cum dolore & ignominia, & proinde pœna peccati.

61. *Quare peccato in Spiritum sanctum venia negetur?* Quia est malitiosa, crudelis, & pertinax abnegatio veritatis, cœlestis, & velut extinctio petulantis luminis gratiæ.

62. *Qualis sit illa vanitas, cui mundus ob peccata nostra est subiectus?* Ea posita est in duobus. i. quod vniuersus mundus, excepto cœlo tertio, ministrat homini peccatori. ii. quod homo plerisque creaturis abutitur ad scelera.

## CAPVT XIX.

### *De Libero Arbitrio.*

I.

**Q***uam late pateat liberum arbitrium?*  
Quam late patent naturæ intelligentes. Itaque liberum arbitrium est in Deo, in angelis, & hominibus.

2. *Qua.*

QVÆS

Quanam

ationalu

gratiæ

qua natura

liberis gratia

plum: et

electus tra

rum gratia

libertate

ta, quippe

qua angelus

translatus est

vindictus in

1. An lib

parabilia?

necessitate co

rate immuta

bilicatis seu

4. Quor

plex: vna est

ferentia. V

& suauite

eo inclinari

men spon

velit. Post

tum quoa

ciem actio

est, qua v

non velle

1. *Quanam in re posita sit libertas creaturæ rationalis?* Ea vulgo statuitur triplex, naturæ, gratiæ, & gloriæ, Libertas naturæ est, qua natura intelligens cogi non potest. Libertas gratiæ est, alia ante lapsum, alia post lapsum: et hæc est, qua angelus & homo electus translatus est è statu peccati in statum gratiæ, adeoque vindicatus in veram libertatem, quanquam ea sit imperfecta, quippe inchoata. Libertas gloriæ est, qua angelus & homo electus è statu gratiæ translatus est in statum gloriæ, adeoque vindicatus in consummatam libertatem.

3. *An libertas & necessitas sint incomparabilia?* Statuitur thesis affirmatiua de necessitate coactionis; negatiua, de necessitate immutabilitatis seu naturæ, & infallibilitatis seu præscientiæ Dei.

4. *Quoruplex sit libertas natura?* Duplex: vna est determinationis, altera indifferentiæ. Priori modo voluntas ita leuiter & suauiter mouetur, vt, licet non possit non eo inclinari, & id velle, quo mouetur, tamen spontaneo assensu eo inclinatur & id velit. Posteriori modo voluntas est liberatum quoad exercitium, tum quoad speciem actionis. Libertas quoad exercitium est, qua voluntas potest velle & agere, vel non velle & agere, sed volitionem actio-

nem-

nemq; suam suspendere. Dicitur etiam libertas contradictionis. Libertas quoad speciem actionis est, qua voluntas potius hunc illum actum vult & agit. Dicitur etiam libertas contrarietatis. Cæterum libertas determinationis appellari potest libertas naturalis seu modus libertatis naturalis: libertas in differentie, pura libertas, & pura pura libertas.

5. *An decretum Dei ordinet voluntati nostræ libertatem?* A. Ordinat enim omnes causas secundas. Ordinat, inquam, ita, ut non tollat naturas ipsarum, sed relinquat. Itaque per ordinationem diuinam non tollitur libertas, sed vel extollitur, vel male afficitur.

6. *An libertas voluntatis tollatur per mollem & lenem flexionem, siue internam, siue externam?* N. Nam ita vel perficitur, in bonis; vel male afficitur, in malis.

7. *An motus liber & spontaneus distinguantur?* Affirmatur & negatur diuerso respectu. Nam motus spontaneus consideratur vel in genere, atque ita cadit etiam in bestias, utpote quæ sponte naturæ in aliquid feruntur: vel in specie, quatenus cadit in naturas intelligentes. Priori modo differunt, posteriori non. Sic v.g. Deus necessario est beatus, & sponte, seu libere: Non enim coacte est talis.

8. *An Adam libere simul & necessario sit lapsus?* Ita est, Nam respectu præscientiæ

diuinæ lapsus est necessario, seu infallibiliter: at respectu potentia suæ lapsus est liberè. Neque enim voluntati Adam i adempta fuit potentia, quæ libertas dicitur.

9. *An libertas sit separabilis à voluntate?*

Libertas naturæ est inseparabilis, quæ nepe volūtas libera est coactione. Atq; hoc sensu seu liberū arbitriū manet vnū & idem, neq; recipit magis & min<sup>9</sup>, in quocunq; etiā statu homo cōsideretur. Libertas gratiæ est separabilis, si spectetur gratia creationis: inseparabilis, si spectetur gratia instaurationis. De priori gratia recte pronuntiat Aug. Ench. c. 30. *Homo libero arbitrio male utens, & se perdidit & ipsum.* Et mox: *Cum libero arbitrio peccaret homo, victore peccato amissum est liberū arbitrium.* De posteriori ait idem de correptione & gratia c. 11. *Librum arbitrium ad malū sufficit, ad bonum aut nihil est, nisi adiuetur ab omnipotente bono.*

10. *An liberum arbitrium in statu peccati rectè dicatur seruum & captiuum?* Ita est. Quisquis enim peccat, peccati seruus est, vt docet Scriptura. Et vt Augustinus ait lib. 3. contra duas epist. Pelag. *Liberum arbitrium captiuum non nisi ad peccandum valet.* Et ibid. l. 4. cap. 3. *Voluntas captiua non potest nisi gratia Dei respirare ad salubrem libertatem.* Rursus hypog l. 3. *Per peccatum liberum hominis arbitrium possib.*

*tatis bonum perdidit, non nomen & rationem.*

11. *Quid sit tristis & dulcis necessitas?*  
Illa est, quando aliquid volumus libere quidem, sed non libenter: hæc, cum & libere, & libenter.

12. *An liberum arbitrium adhuc vires habeat in rebus spiritualibus?* Nullas: quia sumus mortui, cæci, surdi, muti, &c. in ijs, quæ pertinent ad Dei gloriam, & nostram æternam salutem.

13. *An homo possit actiones naturales & civiles edere sine auxilio & concursu DEI generali?* N. Nam omne bonum donum descendit à patre luminis.

14. *An Deus determinare soleat liberum arbitrium ad aliquid unum?* Ita est: & quidem duobus modis: per efficientiam internam, & oblationem objectorum externam.

15. *An imago Dei per lapsum tota sit deleta?* N. Nam imago naturæ, quæ sic dicitur Scholasticis, tota mansit; imago gratiæ tota est amissa.

16. *An notitia aliqua, seu principia, ad discernendam verum & falsum, itemque bonum & malum, remanserint post lapsum?*  
Sic est. Nam non solum remansit lumen naturæ, itemq; synteresis, sed etiam communissima,

QVÆS

na, & o  
mata. v. g.  
la sunt am  
Cur Des  
vire &  
Deus hoc  
& quid  
18. An v  
primo inst  
on quod in  
m retinet  
conferat a  
nem.

Quid sit l  
promul  
tuendo.

2. Quor  
ralis, civilis  
rem tribus b  
ter consider

3. An les  
cie? Statuit  
rigidum leg  
nim lex vq

nissima, & omnibus gentibus notissima  
axiomata. v. g. Bis duo sunt quatuor, Ho-  
nesta sunt amanda, turpia fugienda, &c.

17. *Cur Deus iubeat nos credere, nos ipsos  
conuenerere &c cum hoc non possimus ex no-  
bis?* Deus hoc modo nos docet quid debeat-  
mus, & quid possimus per gratiam ipsius.

18. *An voluntas se habeat purè passivè  
in primo instanti conuersionis?* Affirmatur:  
non quod instar trunci se habeat (semper e-  
nim retinet suam libertatem) sed quod ni-  
hil conferat ad supernaturalem istam actio-  
nem.

---

CAPVT XX.

*De Lege.*

I.

**Q**uid sit lex DEI; Est doctrina diuinitus  
promulgata, de cultu Dei recte insti-  
tuendo.

2. *Quotuplex sit lex Dei?* Triplex: mo-  
ralis, ciuilis, & cæremonialis. Accidit au-  
tem tribus hisce speciebus, quod simplici-  
ter considerantur, vel inter se miscentur.

3. *An lex & Euangelium differant spe-  
cie?* Statuitur thesis affirmatiua, quatenus  
rigidum legis postulatum spectatur. Ita e-  
nim lex virget justificationem per bona o-  
pera

pera, quæ nobis post lapsum est impossibilis. Alias lex & euangelium subordinantur, quatenus lex ponendo nobis ob oculos miseriam nostram, nos præparat ad Christum, & postquam per DEI gratiam ad Christum perducti sumus, est norma gratitudinis seu obedientiæ euangelicæ.

4. *Quæ sit summa legis moralis?* Ea continetur in decalogo.

5. *An lex natura & decalogus differant?* Reipsa sunt unum, modo differunt. Nam decalogus est diuinissima explicatio legis naturæ. Deinde decalogus in præcepto 4. & 5. aliquid cæremoniale adpersum habet.

6. *An lex moralis sit æterna?* Sic est. Nam ipsius ratio, quæ est anima legis, est æterna.

7. *An legem moralem possimus perfectè seruire?* Negatur de perfectione absoluta.

8. *An per legem moralem possimus iustificari?* N. Nam post lapsum impossibilis est justificatio legalis: quia sumus mortui in peccatis.

9. *Cur lex moralis sit à Deo promulgata?* Ut sit speculum miseriam, norma gratitudinis, pædagogus ad Christum, sepes disciplinæ, &c.

10. *An illi se possint coram Deo excusare,*



*re, qui legem Mosis scriptam non habent?*

Non possunt: quia legem habent scriptam  
in cordibus suis.

11. *An lex moralis sit abrogata? Quan-  
tum ad maledictionem est abrogata ele-  
ctis, quantum ad observationem minime.*

12. *Quotuplex sit vis legis? Duplex: di-  
rectiva, & coactiva.*

13. *An Christus novam legem tulit in  
N. T.? Minime. Nam legem Mosis asseruit  
à glossis Pharisæorum Matth. 5. & summam  
legis approbavit Matth. 22.*

14. *Quanam dicatur lex gratiæ? Lex  
gratiæ; item lex nova, dicitur ambigue. Aut  
enim intelligitur lex fidei, aut status novi  
testamenti. Quo sensu dicimus baptismum  
& S. Cœnam esse sacramenta legis gratiæ.*

15. *An consilia, que dicuntur euange-  
lica, differant à præceptis moralibus? Non  
differunt, nisi minori latitudine. Nam con-  
silia illa sunt præcepta specialia, pertinentia  
ad certas personas. v. g. consilium de perpe-  
tua continentia.*

16. *An lex iudicialis Mosaica penitus  
sit abrogata? N. Nam quæcunque sunt ju-  
ris naturæ & gentium in forensibus Mosai-  
cis, illorum observatione tenentur omnes  
homines. Alia est ratio illorum, quæ sunt  
vel juris mere positivi, concernentis poli-  
tiam.*

riam Mosaicam, vel pertinent ad cæremonias. Illa siquidem in solidum sunt sublata.

17. *An l. x. cæremonialis adhuc duret?*

N. Illa siquidem antiquata est ipso jure per mortem Christi, & ipso facto per euersionem Hierosolymorum.

18. *An in N. T. nulla prorsus cæremonia locum habeant?* Cæremoniaæ Leuiticæ sunt antiquatæ: cæremoniaæ à Christo institutæ in baptisimi & S. Cœnæ administratione, sunt necessariæ: cæremoniaæ ecclesiasticæ sunt adiaphoræ.

## CAPVT XXI.

### De Magistratu Politico.

#### I.

**A**N magistratus sit à Deo? A. Est enim Ordo, cujus author in vniuersum est Deus.

2. *Quotuplex sit legitimus magistratus?* Politicus, ecclesiasticus, & scholasticus. Et ex his alius est summus, alius inferior.

3. *Quot sint formæ gerendi magistratum?* Tres: monarchia, aristocratia, & democratia. Hæ autem formæ simplices vtut multis modis misceantur, tamen à potiori recte fit denominatio.

4. An

4. *An iuncto magistratus politici conueniat Christianis? Affirmatur ex Rom. II. & ex praxi fidelium in V. T.*

5. *An magistratus infidelis atq; improbus à populo Dei sit tolerandum? A. Nam potestas magistratus, quæ ab ipso Deo est, ab infidelitate ac improbitate, quæ à prauo magistratus animo existit, vt τὰ ξίς ab ἀταξία, & officium à vitio, distinguenda est, Deique ordinationi per se bonæ nequaquam præiudicio ac fraudi esse debet.*

6. *An ordines siue status regni aut provincia resistere possint tyranno? Possunt, si ille violet leges fundamentales, & insuper habeat preces & admonitiones subinde repetitas.*

7. *An persona ecclesiastica iure diuino sint exempta à iugo magistratus politici? N. Nam omnis anima debet esse subdita magistratui, Rom. 13. v. 1. Vide Chrysostrum super illum locum.*

8. *An ecclesia Dei habeat potestatem exauthorandi fideles magistratus, eosque priuandi non tantum principatu, sed etiam vita? N. Nam jus gratiæ, quod ecclesia habet, non destruit jus naturæ & gentium: & euangelium non abolet politias.*

9. *An omnibus edictis magistratus sit parendum? N. Oportet enim Deo potius obedire,*

G

obedire,

obedire, quam hominibus *Act. 5. vers. 29.*

10. *An princeps legibus sit solutus? Non omnibus est solutus, puta legibus morali- bus, diuinis, & fundamentalibus: sed qui- busdam, nempe ciuilibus.*

11. *An magistratus possit ferre leges ob- ligatorias in conscientia? Solus Deus suis legibus conscientiam hominis obligare potest immediate: princeps non nisi media- te, quatenus ipsius leges consentiunt cum lege naturæ & DEI summi legislatoris.*

12. *An magistratus bona conscientia possit bellum gerere? Si bellum sit justum, potest: justum autem censeatur, quod est ne- cessaria defensio aut vindicatio.*

13. *An Christiani possint bona conscien- tia implorare auxilium magistratus infi- delis? Possunt, exemplo apostoli Cæsarem appellantis. *Act. 25. v. 10;**

14. *An magistratus Christianus habeat ens gladij? Habet. Rom 13. v. 4. Et Christus ait, Qui gladium accipit, gladio peribit *Matth. 26. v. 52.* scil. ex vindicta publica at- que ordinata.*

15. *An vnus idemque possit esse magi- stratus politicus & ecclesiasticus? Ordinarie non potest: quia plane diuersi sunt hi ordi- nes.*

16. *An cura religionis pertineat ad ma- gistra-*

Qua  
tum? P  
eruation  
indica  
at brach  
An m  
pastorib  
fectio m  
eclesiasti  
18. An m  
tionem in  
Nonni vn  
conferen  
bre: At pi  
aliter confer  
19. An  
pastorem?  
riolus. Pote  
deponens  
l. v. 2.  
20. An  
tia haret  
rum exit  
blasphem  
porius a  
metuend  
clesiæ, p  
medio vt  
cos ex ag  
cere.

*gistratum* ? Pertinet, ratione plantationis, conseruationis, defensionis, amplificatio- nis, vindicationis, quatenus hæc omnia re- quirunt brachium seculare.

17. *An magistratus politicus sit subie- ctus pastoribus ecclesia?* *Αυτῷ ποῦ* est subjectio magistratus politici & ministerij ecclesiastici.

18. *An magistratus unam duntaxat re- ligionem in suo territorio debeat tolerare?* Non nisi vnã, quam nempe verbo *DEI* consentaneam esse persuasus est, debet pro- bare: At plures tolerare debet, si non possit aliter conseruari politia.

19. *An magistratus possit exauthorare pastorem?* Potest, si sit insanabilis, aut sedi- tiolosus. Potest, inquam, exemplo Salomonis deponentis Abiatharum. *1. Reg. 1. v. 26. 19. 8. v. 2.*

20. *An magistratus possit bona conscien- tia hæreticos, si sint populi seductores, erro- rum exitialium, conuicti, & pertinaciter blasphemi supplicio capitis afficere?* Si sint prorsus athei, summe blasphemi, & ab ijs metuenda sit totalis euersio politix aut ec- clesix, potest atque debet hoc extremo re- medio vri. Extra hos casus præstat hæreti- cos ex æquo & bono, pœna arbitraria coer- cere.

21. *An magistratus possit tuta conscientia subditos cogere ad fidem? Negatur: quia nihil tam voluntarium esse debet quam religio. Et præpostera atque intempestiva est seueritas, quæ homines reddit hypocritas, eosque ore confiteri cogit, quod corde non credunt. Etsi vero homines non sunt cogendi ad fidem, sunt tamen coercendi, ne fidem veram insectentur, & fraternè præparandi. Confer supra cap. 1. q. 19.*

## CAPVT XXII.

### De Coniugio.

I.

**A**N coniugium sit status impurus? *N.* Est enim à Deo institut<sup>9</sup> ante lapsum; honoratus à Patriarchis, Prophetis & Apostolis, in quibus fuerunt, qui vixerunt in coniugio; commendatus in Scripturis; necessarius denique, utilis, & iucundus.

2. *An coniugium sit sacramentum? Statuitur thesis negatiua. Non enim est ibi res terrestris & cœlestis, vnione sacramentali conjuncta.*

3. *An coniugium omnis generis & ordinis hominibus, etiam pastoribus, conueniat? Conuenit omnibus, qui sunt apti ad coniugium, & extra illud viuere non possunt.*

Ita.

QVÆ  
idemus p  
reges p  
hoc se  
An conse  
strahen  
& absolu  
olum quic  
beat esse D  
lix & alijs  
5. An gr  
uatis iure  
uasionem  
vniolla est  
6. An Spo  
da? Si subie  
eorum qui  
eluat, vniqu  
7. An S  
pni proban  
neltam & p  
vsum.  
8. Vt  
canonica,  
dem est m  
9. An  
essentiam  
matrimo  
tio consu  
10 A

Ita videmus patriarchas, prophetas, sacerdotes, reges pios, doctores ecclesiæ, &c. vivere in hoc statu.

4. *An consensus parentum sit necessarius ad contrahendum matrimonium?* Simpliciter & absolute non est necessarius: Sed secundum quid & ex hypothesi, si conjugium debeat esse Deo gratum, contrahentibus felix & alijs in rep. & ecclesia probatum.

5. *An gradus consanguinitatis & affinitatis iure divino prohibiti admittant dispensationem?* Non admittunt: quia prohibitio illa est legis naturæ.

6. *An Sponsalia clandestina sint probanda?* Si subsequens consensus parentum, & eorum qui sunt loco parentum, maculam eluat, utique sunt probanda.

7. *An Sponsalia de futuro simpliciter sint probanda?* Si habeant conditionem honestam & possibilem, utique habent suum usum.

8. *Vtra supputatio graduum, civilis an canonica, sit preferenda?* Civilis. Ea siquidem est magis secundum naturam.

9. *An solennitas nuptiarum faciat ad essentiam coniugii?* N. Nam consensus facit matrimonium: sollemnitas ornat: cohabitatio consummat.

10. *An polygamia sit probanda?* N. Repugnat

pugnat enim primæ institutioni conjugij, qua Deus sanxit, vt duo sint in carnem vnam. Potest tamen incidere casus, vbi polygamia coleretur. Ita Deus tolerauit polygamiã in patriarchis, vt consuleretur propagationi ecclesiæ. Et si quis sit triorches, indulgetur ipsi à magistratu politico & ministerio ecclesiastico.

11. *An al. quis, bona conscientia possit coniugium nire cum infideli; Potest, si aliqua spes affulgeat conuersionis, nec sit periculum seductionis propriæ, aut offensionis aliorum.*

12. *An præter adulterium possint incidere causa diuortij aut repudij? Possunt. v. g. impotentia veneficio procurata, morbus contagiosus insanabilis, desertio malitiosa &c. Hæc siquidem ita sunt comparata, vt tollant vinculum, quod in conjugio est necessarium.*

13. *A. quo dijudicanda sint causa matrimoniales? Si sint pure politicæ aut ecclesiasticæ, cognoscantur & tollantur in foro competenti: si vero mixtæ, coniungant suas operas politici & ecclesiastici.*



QVÆS

CA

De stat

Vid sit st

tionis, se

1. Quæstio

Gratia D

e ista quin

us, quod est

multiplicatio in

Chilrus. 4

y media libe

sunt reg ene

minio san

tio, liberta

nisterium

3 Quid

vel xae

sa &amp; effect

4 Qu

per natura

pertinet a

lis. Ita lu

naturalen

in ethnic

Gratia su

natura,



CAPVT XXIII.

*De statu gratiæ in genere.*

I.

**Q**uid sit *statu gratiæ*? Est status libera-  
tionis, seu redemptionis per Christum.

2. *Quenam in hoc statu sint consideran-  
da?* Gratia Dei in genere; & postea in spe-  
cie ista quinque; 1. fundamentum hujus sta-  
tus, quod est fœdus gratiæ. 2. fœderis pro-  
mulgatio in Euangelio. 3. ipse liberator,  
Christus. 4. populus liberatus, seu ecclesia.  
5. media liberationis interna & externa. Ibi  
sunt regeneratio, pœnitentia, fides com-  
municatio sanctorum justificatio, sanctifica-  
tio, libertas Christiana, & adoptio: hic mi-  
nisterium verbi & sacramentorum.

3. *Quid sit gratia Dei?* Ea est vel *χάρις*  
vel *χάρισμα*. Quæ duo differunt, vt cau-  
sa & effectum.

4. *Quid sit gratia Dei naturalis, & su-  
pernaturalis?* Gratia Dei naturalis est, quæ  
pertinet ad statum naturæ & vitæ anima-  
lis. Ita lumen naturæ pertinet ad gratiam  
naturalem, vt & alia dona Dei gratuita, quæ  
in ethnicis, Turcis, &c. sunt conspicua.  
Gratia supernaturalis est, quæ superadditur  
naturæ, ei; vel integræ, naturam exiens

supra naturam; vel corruptæ, naturam corrigens, & ad cœlestia supernaturaliaq; attollens. Hinc patet gratiam creationis, seu primi hominis, aliam fuisse naturalem, aliam supernaturalem: sed gratiam redemptionis tantum esse supernaturalem.

5. *Quid sit gratia gratum faciens, & gratis data?* Gratia gratum faciens est, quæ personam creature intelligentis reddit Deo acceptam. Estque vel æterna, ut gratuitus Dei favor; vel temporaria, ut justitia originalis in Adamo, & justitia Christi nobis per fidem applicata. Gratia gratis data est, quæ personam Deo non reddit acceptam, ut est donum prophetiæ, donum miraculorum, donum linguarum, &c.

6. *Quid sit gratia prima & secunda?* Non vno modo hæc dicuntur. Nam prima gratia quibusdam est gratuitus Dei favor, quo nos complectitur in Christo: secunda est donum ex illo favore promanans, ut fides, spes, charitas. Deinde prima gratia est donum Dei antecedens alia dona; gratia secunda, donum consequens primam gratiam. e. g. Adamus acceperat primam gratiam, qua poterat stare, sed non secundam, qua vellet. Ita habenti dabitur, id est, possidenti gratiam primam, eamque Dei munere sancte collocanti, adiicietur gratia secunda,

QVA  
da, id est  
ex prio  
creandi p  
statu p  
mur in it  
gratia  
Ang  
em &  
efficacis est  
oblatam gr  
per, atque co  
efficit resp  
celino &  
applicatur  
efficitur  
quonon sit  
efficacite  
huc assert  
ad efficacit  
cit multis  
efficacite  
omnes  
facit effica  
sam intel  
sane cum  
stinguunt  
ficacem  
effectum  
pliciter  
quid. Y

Secunda, id est, aliud donum. Sumit enim Deus ex prioribus suis gratijs occasionem ad iucendi plures. Deniq; gratia prima est, qua è statu peccati efficaciter vocati, transferimur in statum gratiæ: secunda, qua in statu gratiæ corroboramur & dirigimur.

7. *An gratia Dei rectè diuidatur in sufficientem & efficacem?* Sane. Nam gratia sufficientis est, quæ potest efficere, vt homo oblatam gratiam recipiat, receptam vsurpet, atque conseruet. Gratia efficax est, quæ efficit re ipsa effectum, quæq; proinde necessario & certo accipitur, & à nullo, cui applicatur, reijcitur. Sunt qui ajunt nullam esse sufficientem gratiam ad conuersionem quæ non sit efficax, & ideo allatam distinctionem reijciunt. Sed natura ipsa reclamatur huic assertioni, quippe quæ sufficientiam ab efficacitate distinguit. Nam Deus sufficit multis mundis creandis, non tamen id efficaciter facit. Christus sufficientis est ad omnes homines saluandos, non tamen id facit efficaciter. Sed forte illi efficacem causam intelligunt, quæ efficere potest: & sic sane cum sufficiente eadem est. At qui distinguunt inter causam sufficientem & efficacem, hanc definiunt, quæ efficit re ipsa effectum: atq; hæc solet dici sufficientis simpliciter; vt prior illa sufficientis secundum quid. Vide q. seq. 6 5 8, 240.

8. *Quomodo gratia sufficiens rectè subdividatur?* Gratia sufficiens est talis, vel simpliciter & absolute, vel secundum quid: item ad adimendam excusationem in iudicio Dei, vel ad conferendam salutem seu efficiendam conversionem. His positis ita progredimur. Vocatio hominum est externa, vel interna. Vocatio externa fit per librum naturæ seu creaturæ, vel scripturæ. Illa est vniuersalis omnium hominum, & sufficit ad omnes non quidem conuertendos, sed ἀναπολογίτους reddendos in iudicio Dei: hæc non est vniuersalis omnium, sed aliquorum, & est sufficiens ad conversionem secundum quid, hoc est, in ordine causarum secundarum seu mediorum, quatenus nulla alia externa conversionis media, præter illa requiruntur: non tamen sufficiens ad conversionem simpliciter, hoc est, sine internæ motionis seu tractionis gratia. Vocatio interna est illuminationis, vel regenerationis seu renouationis. Gratia illuminationis est, qua homines voluntatem Dei & vim salutis agnoscere ac intelligere docentur. Hæc non est omnium vocatorum, sed quorundam: & sufficit absolute ad ἀναπολογία, ad conversionem vero seu σωτηρία minimè. Gratia regeneratio-

Qua  
 nis est  
 Atq  
 onem  
 Rel  
 tum in  
 dum  
 uerfor  
 in ordi  
 acramen  
 is: ad ad  
 sufficiunt  
 9. An  
 pelari gra  
 iustia o  
 ens: post  
 seu natura  
 peccatore  
 omnia de  
 aterna el  
 nullum d  
 surari in  
 cui nec  
 tores D  
 debet.  
 Repenit  
 tuita ej  
 in Chri  
 fide no  
 docerit

rationis est efficax tractio, motio, & nona creatio. Atq; hæc sola est sufficiens ad conuersionem simpliciter: quia sola semper est efficax. Reliqui gradus gratiæ tum externæ, tum internæ, sunt sufficientes, idq; vel secundum quid, vel simpliciter. Nam ad conuersionem sufficiunt secundum quid, vel in ordine mediorum, vt sunt verbum & sacramenta, vel in intelligentia viæ veritatis: ad adimendam vero inexcusabilitatem sufficiunt simpliciter.

9. *An vllum donum inhærens possit appellari gratia gratum faciens?* Ante lapsum iustitia originalis fuit gratia gratum faciens: post lapsum, nullum donum inhærens, seu naturale seu supernaturale, potest nos peccatores Deo reconciliare: tum quia ante omnia dona sumus grati facti in Christo æterna electione *Ephes 1. v. 3 6.* tum quia nullum donum inhærens potest commensurari immensæ Dei iustitiæ vindicatrici, cui necesse est satisfaciatur illud, quod peccatores DEO reconciliare seu gratos facere debet. Tale autem nihil reperitur in nobis. Reperitur vero extra nos, tum in Deo, gratuita ejus erga peccatores misericordia; tum in Christo mediatore, *αὐτῶν* Iesu Christi, fide nobis applicatum. Quod perspicue docetur *Rom. 3. v. 24. Eph. 1. v. 5.*

10. *Quid sit gratia DEI temporaria?*  
 Quam Deus in tempore nobis impendit.  
 Et, est, diuerso respectu gratis dāns, gratis  
 data, vel gratum faciens; creationis vel re-  
 demtionis; spiritualis vel corporalis.

11. *An gratia Dei recte dividatur in im-  
 putatam & inhaerentem?* Affirmatur de  
 gratia temporaria. Nam gratia Dei æterna  
 non imputatur; sed imputat. Sic Rom 4. ju-  
 stitia dicitur imputari ex gratia. Cæterum  
 gratia imputata est justitia Christi: inhæ-  
 rens est fides, vel donum fidem conse-  
 quens.

12. *An gratia & auxilium DEI sint sy-  
 nonyma;* Si stricte sumantur hæc vocabula,  
 differunt. Nam auxilium Dei, tum genera-  
 le, quo Deus adest omnibus creaturis, tum  
 speciale, quo aliquibus hominibus præsto  
 est, fluit ex prouidentia, & præstatur homi-  
 nibus etiam extra Christum: gratia vero  
 descendit ex prædestinatione. Itaque auxi-  
 lium latius patet quam gratia. Si verolaté  
 sumantur, habentur pro synonymis. Et tum  
 auxilium speciale constituitur duplex, v-  
 num extra Christum, alterum in Christo.

13. *Quid sit gratia, seu auxilium spe-  
 ciale, excitans & adiurans?* Gratia auxiliij ex-  
 citantis complectitur diuinas inspiratio-  
 nes, quibus Deus cor nostrum pulsatur, ut à  
 somno

QV  
 somno pec

and tū  
 gelium  
 sancti pe  
 uatione  
 17. S  
 prehend



*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

ribu  
seft  
noto  
nus  
len  
I  
per  
gra  
op  
ple  
pi  
no  
ad  
co  
c  
g  
ti  
h  
tum  
v-



Tomno peccati vel negligentia in bonis operibus excitemur. Gratia auxilij adjuuantis est diuina cooperatio, directio, atque protectio, quibus iuuamur, tum vt eligamus, tum vt faciamus, quod Deus praeueniens inspirauit.

14. *An gratia efficax rectè diuidatur in operantem & cooperantem?* Sic est. Nam gratia operans est, quæ facit vt velimus: cooperans, quæ facit vt quod voluerimus, impleamus. *Phil. 2. v. 13.* Dicitur itaque proprie *gratia operans*, quæ sola operatur in nobis conuersionem voluntatis & cordis ad Deum, alias *gratia prima & praeueniens: cooperans* vero, quæ cooperatur voluntati conuersæ, alias *gratia secunda & subsequens.*

15. *Quomodo doctrina de auxilio & gratia Dei distincte proponi possit?* Id patet ex hac tabella:

† † Hic inseritur Tabella.

16. *Quid sit gratia externa & interna?* Illa est, quæ foris nobis offertur per euangelium; hæc est interna vocatio Spiritus sancti per illuminationem mentis, & renouationem voluntatis & cordis.

17. *Quid sit gratia habitualis?* Ea comprehendit omnia dona salutis, quæ per gratiam

G 7 uiam

tiam Spiritus sancti in nobis permanent per modum habitus, vel durabilis effectus. 1. Tim. 4. v. 14. Est autem ista gratia vel ordinaria, vt fides, spes, & charitas: vel extraordinaria, vt donum linguarum, miraculorum, prophetiae, &c.

18. *Quomodo Scholastici partiantur auxilium DEI hoc modo.*

Dei est	Auxilium	}	Generale
	Speciale.		
	Adiuuans	}	Efficax
	Efficax		
	Operans	}	Sufficiens.
	Operans		

Quae diuisiones recte explicate, suam habent utilitatem. Debent autem explicari hoc modo. Auxilium Dei generale est vniuersalis quidam Dei influxus, essentiam & operationem rerum omnium conseruans; seu, est vniuersalis operatio Dei, qua dirigit omnes creaturas juxta conditionem & proprietatem, quam singulis, dum eas formaret, indidit. *AA. 17. v. 25. 28.* Auxilium speciale est aliud extra Christum, aliud in Christo. Illud dicitur naturale, hoc supernaturale. Auxilium speciale naturale est singularis providentiae, qua Deus in genere humano etiam extra Christum alios praeter alios exornat donibus excellentibus, animi vel corporo-

QVÆS  
 poris, theo  
 vel mo. a  
 sonis, pul  
 lo Alexandri  
 hilium spe  
 statur à  
 xae naturæ  
 hoc est exci  
 ficiens v  
 vel cooper  
 tiam suffi  
 Nam latè g  
 hominem  
 mo possit  
 hominem  
 fallibiliter  
 sensu De  
 ciente, p  
 iuuans no  
 sed etiam  
 19. G  
 iantur  
 prepara  
 Gratia p  
 cians au  
 sufficien  
 sufficien  
 & coop  
 cem.

corporis, theoreticis vel practicis, mechanicis vel moralibus. Hoc pertinent robur Simsonis, pulchritudo Absolomis, fortitudo Alexandri Magni, iustitia Aristidis, &c. Auxilium speciale supernaturale est, quod præstatur à D E O in Christo, ad ea opera, quæ naturæ vires simpliciter excedunt. Et hoc est excitans vel adjuuans, & hoc rursus sufficiens vel efficax, & hoc iterum operans vel cooperans. Memineris autem hic gratiam sufficientem & efficacem sumi strictè. Nam latè gratia sufficiens est, qua D E V S hominem ita vocat, excitat, & juuat, vt homo possit aliquid facere: efficax, qua Deus hominem ita vocat, excitat, & juuat, vt infallibiliter & re ipsa velit atque faciat. Et hoc sensu Deus excitat & adjuuat partim sufficienter, partim efficaciter. Vnde gratia adjuuans non tantum est sufficiens & efficax, sed etiam gratia excitans.

19. *Quomodo quidam recentiores præparantur gratiam Dei? In præuenientem, præparantem, operantem, & cooperantem. Gratia præueniens & præparans est sufficiens aut efficax. Præuenit enim D E V S sufficienter & efficaciter: præparat itidem sufficienter & efficaciter. At gratia operans & cooperans pertinent ad gratiam efficacem.*

20. *Quo-*

20. *Quomodo conueniat gratia & libero arbitrio?* Augustinus quam plurimis locis de gratia & liberi arbitrij conuenientia, vt & de distinctione gratia sufficientis & efficacis agit. Quæ duo si recte intelligantur, plurimum adferunt momenti ad tales brosas quæstiones rite decidendum. Res breuiter sic habet. Natura gratia est, esse indebitam & gratuitam: liberi arbitrij, non posse cogi. Efficacitas gratia est partim moralis, consistens in suatione; partim physica, consistens in motione, tractione, renouatione, &c. Efficacitas liberi arbitrij est proportionata statui innocentia, miseria, gratia, & gloria. Gratia sufficiens est, quæ in suo genere ac ordine per se satis est: gratia efficax, quæ necessario, id est, certo accipitur, & à nullo, cui applicatur, reijcitur, imo ne reijci quidem potest.

21. *An gratia conuersionis sit vis irresistibilis?* Sic est. Vis autem dicitur hic logicè: quomodo causa definitur, cuius vi res est. Dicitur irresistibilis; quia, vt Augustinus docet de correptione & gratia, *Deo volenti saluum facere, nullum hominum resistit arbitrium. Sic enim velle & nolle in volentis aut nolentis est potestate, vt diuinam voluntatem non impediat, nec superet potestatem.*

22. An

QVA

22. An gr  
resistibilis?  
intellectum  
item.23. An re  
na est, cred  
potentia rem  
alio nom  
ndam pote  
qua quis ve  
sententia v  
statuetur,  
patere.24. An  
sals? Affin  
fit per libru  
vocationis  
nim omnib  
tingit grati25. Vn  
aliqua vo  
v. 27. & R  
mnes hon  
cari, vt per  
Deum inu  
quam in in  
gis inscrip  
tationes ha  
vocatio qua

22. *An gratia illuminationis etiam sit irresistibilis?* A. Nam lumen gratiæ illabitur in intellectum, non aliter atque lux solis in aërem.

23. *An recte dicatur, Posse credere natura est, credere gratia?* Si hoc accipiatur de potentia remota, quæ pure passivæ se habet, & alio nomine capacitas dicitur ad recipiendam potentiam activam & propinquam, qua quis velle potest assentiri gratiæ, hæc sententia vera est. Sin, Pelagiana, Ita enim statuetur, naturam & gratiam æque late patere.

24. *An detur gratia quadam uniuersalis?* Affirmatur de gratia vocationis, quæ fit per librum naturæ. Negatur de gratia vocationis per librum Scripturæ. Neque enim omnibus & singulis hominibus contingit gratia, quæ sufficiat ad salutem.

25. *Vnde probari possit, omnes homines aliqua vocatione à Deo vocari?* Ex Act. 17. v. 27. & Rom. 1. & 2. Nam ibi docemur, omnes homines per refectionem Dei vocari, ut per eam palpando adduci possint, ut Deum inueniant; & per veritatem illam, quam in iniustitia detinent; & per illam legis inscriptionem, secundum quam cogitationes habent accusantes. Hæc autem vocatio quanquam salutaris non est, ut po-

ite

te ex qua salus immediate obtineri non possit: tamen est effectum gratiæ Dei.

26. *Quomodo de amplitudine gratiæ sit differendum?* Tres sunt hujus amplitudinis gradus. Infimus est latissimus, quo gratia vocationis per librum naturæ offertur omnibus hominibus. Medius est contractior, quo gratia illuminationis per librum Scripturæ offertur omnibus vocatis. Supremus est angustissimus, idemque augustissimus, quo gratia conversionis offertur & confertur omnibus & solis electis. Itaque gratia salutifera non est vniuersalis.

## CAPVT XXIV.

### *De Fœdere Gratia.*

#### I.

**Q***uid sit fœdus?* Est solennis actio constans mutua obligatione de seruando amico statu. Estque humanum, vel diuinum: & hoc est corporale, vel spirituale: & hoc rursus est naturæ, vel gratiæ.

2. *Quid sit fœdus diuinum corporale?* Quo Deus promisit homini continuationem vicissitudinis tempestatum, & conseruationem hujus mundi, ne amplius peccet diluuium Gen. 8. & 9. Sacramentum hujus fœderis est iris.

3. *Quid*

QV AS

3. Quid sit

omni proto

en justitiæ o

scuturæ, sub

is viribus p

is legale &

4. An fo

eat vj um?

Gen. 3. tame

idque non f

reddamur, &

scamus, sed

ficiam mag

5. Quid

mini turpit

gratiam in

lias Euang

6. An

du vetus

fœdus na

tia, nouu

guitur in

7. An

valeat? I

repetitur

lectis jux

3. *Quid sit fœdus natura?* Quo Deus homini protoplasto promisit continuatio- nem justitiæ originalis & beatitudinis inde secuturæ, sub conditione obedientiæ pro- prijs viribus præstandæ. *Gen. 2.* Dicitur a- lias legale & operum.

4. *An fœdus natura hodie aliquem ha- beat vjum?* Etsi homo excidit isto fœdere, *Gen. 3.* tamen ipsius repetitio est necessaria, idque non solum hoc fine, vt inexcusabiles reddamur, & miseriam nostram hinc agno- scamus, sed etiam vt jus Dei & nostrum of- ficiū magis magisq; inde cognoscamus.

5. *Quid sit fœdus gratia?* Quo Deus ho- mini turpiter in peccatum lapsō promittit gratiam in Iesu Christo. *Gen. 3.* Dicitur a- lias Evangelicum.

6. *An semper eodem sensu dicantur fœ- dus vetus & nouum?* N. Nam interdum fœdus naturæ dicitur vetus; & fœdus gra- tiæ, nouum: interdum fœdus gratiæ distin- guitur in vetus & nouum.

7. *An fœdus legale adhuc aliquo modo valeat?* Ita est: quatenus nempe post lapsum repetitur per legis prædicationem, quæ e- lectis iuxta & reprobis est necessaria: illis, vt habeant speculum miseriam, & normam vitæ; his, vt ne disciplinæ repagula effin- gant, & se ipsos plane perditum eant.

8. *Quando*

8. *Quando coeperit foedus nouum, id est, Euangelicum? In Paradiso, quando DEVS dulcissima illa promissione de semine mulieris erexit primos nostros parentes, Gen. 3.*

9. *Cur foedus euangelicum dicatur nouum? Quia successit in locum veteris violati.*

10. *Cur foedus nouum dicatur testamentum? Quia ipsius oeconomia, seu administratio, est testamentaria. Nam Deus hoc foedus ita sanxit, vt nos instituerit haeredes, interueniente morte Christi. Merito itaque hoc foedus appellatur testamentum, & foedus testamentale.*

11. *Cum quibus iustum sit hoc foedus? Cum omnibus vocatis, quantum ad communionem externam: cum solis electis, quantum ad communionem internam. Itaque iustum est cum omnibus fidelibus, hoc est, fidem profitentibus.*

12. *An fidelium infantes nascantur in foedere? Sic est. Nam promissio illa, Ero Deus tuus & seminis tui post te, velut in fasciculo comprehendit parentes fideles, & ipsorum infantes. Atque hoc est, quod Apostolus ait, liberos fidelium esse sanctos.*

13. *An homines Deo occasionem dederint ad hoc foedus faciendum? Ita est: quatenus nempe*



nempe apostata sua violarunt fœdus natura-  
 12.

14. *Qua causa Deum ad hoc fœdus faciendum induxerit? Benevolentia ipsius, quam Scriptura vocat Φιλανθρωπίαν.*

15. *In quonam sit fundatum hoc fœdus? In manu mediatoris.*

16. *An fœdus nouum potuerit iniuri sine mediatore? Non potuit: quia cum læsa fuerit diuina maiestas, hoc ciimen infinitum infinito pretio debuit expiari.*

17. *Quid Deus nobis promittat in fœdere gratia? Remissionem peccatorum, & inscriptionem legis in corda nostra, seu sanctificationem.*

18. *An extra fœdus gratia salus homini possit obtingere? Negatur: quia extra ecclesiam non est salus. Intellige ecclesiam inuisibilem.*

19. *An Deus aliquid quoque commineatur in fœdere gratia? Sic est. Nam sicut credentibus promittit vitam æternam, sic incredulis minatur mortem æternam.*

20. *An Deus etiam aliquid mandet in hoc fœdere? Sic est: videl. fidem & sanctimoniam.*

21. *An mandandi ratio hic sit eadẽ que in fœdere natura? N. Nam Deus hic mandat vt credamus & sanctẽ viuamus, non ex nostris*

nostris viribus, sed ipsius gratia adjuti. Que quidē observatio illustrat vniuersam theologiam. e.g. Deus dicit, Ambula coram me, scil. per gratiam Spiritus mei: Conuertimini ad me, sc. per me, implorando auxilium meum.

22. *An fœdus gratia sit mutabile?* Quantum ad substantiam est prorsus immutabile. At circumstantiæ ipsius variant in veteri & nouo testamento.

23. *Quomodo tractetur fœdus gratia?* Externè proponitur in verbo & sacramentis: internè obsignatur per Spiritum sanctum.

24. *An lex etiam pertineat ad fœdus gratia?* Secundario pertinet: quatenus vid. temperatur, seu edulcatur, p̄ Euangelium, & illi velut ancillatur.

25. *Quomodo conueniant vetus & nouum testamentum?* in substantia, hoc est, in gratia conferente, mediatore redimente, & bonis intertis atq; æternis.

26. *An patribus in V. T. fuerit promissa vita aeterna?* Ita est. Nam & clavis verbis, & egregijs typis hæc promissio est facta.

27. *Quomodo differant vetus & nouum testamentum?* Circumstantia seu œconomia; quæ in V. T. fuit rector, operosior, & contractior, in nouo est clarior, facilior, & amplior.

28. *Cur*

28. *Cur* da  
letur clavis  
est, vt nu  
es ipsius loc  
to arbitrio, d  
tis. sc. intell  
dis ignore

*Vid sit*  
Quintu  
nostru per C  
2. *Quis*  
mediator n  
3. *An*  
opposita, v  
quatenus  
uangelica  
entia eu  
standa.

4. *An*  
uangelio  
pictura: d  
cificandu  
5. *An*  
sum? N.

28. *Cur doctrina de fœdere gratia appelletur clavis Bibliorum?* Quia fieri non potest, vt nucleum Scripturæ, & insigniores ipsius locos communes, vt sunt de libero arbitrio, de justificatione, de sacramentis, &c. intelligamus, si naturam hujus fœderis ignoremus.

CAPVT XXV.

*De Euangelio.*

I.

**Q**uid sit *Euangelium*? Est doctrina diuinitus promulgata, de redemptione nostri per Christum.

2. *Quis sit Euangelij nucleus?* Christus mediator merito & efficacia.

3. *An lex moralis & euangelium sint opposita, vel subordinata?* Prius affirmatur, quatenus spectatur justificatio legalis & euangelica: posterius, si sermo sit de obedientia euangelica secundum legem præstanda.

4. *An lex ceremonialis sit opposita Euangelio?* N. Est enim ipsius pars, & veluti pictura: dum videlicet vnicum Christum crucifigendum ob oculos ponit.

5. *An Euangelium in V. T. fuerit ignotum?* N. Quot enim ibi occurrunt promissiones

fiones Christi vt ejus typi, tot monumenta  
Euangelij occurrere putanda sunt.

6. *Cur Euangelium dicatur verbum  
vita?* Quia est ministerium vite, vt lex post  
lapsum est ministerium mortis.

7. *Cu. Euangelium dicatur aeternum?*  
Quia nobis proponit iustitiam seculorum,  
Dan. 9.

8. *An Euangelium aliam viam salutis  
ostendat, quam lex?* Ita est. Nam lex vrget  
opera; euangelium, fidem, lex requirit iu-  
stitiam propriam; euangelium, iustitiam  
Christi.

9. *Quare Euangelium aliquando dica-  
tur lex?* Quia & præcipit, & promittit, &  
comminatur, vt lex: quanquam alio mo-  
do. Nam lex præcipit, vt faciamus; euange-  
lium, vt credamus. Lex promittit vitam æ-  
ternam sub conditione operum; euange-  
lium, sub conditione fidei. Denique lex  
non facientibus, euangelium non-creden-  
tibus comminatur condemnationem.

10. *Quo sensu Euangelium aliquando  
noua lex, & lex gratia, nuncupetur?* Vt hoc  
modo intelligamus legem veterem esse à  
nobis violatam.

11. *An hoc tantum sit Euangelium,  
quod in quatuor Euangelistis legitur?* N.  
Nam euangelium sparsum est per Biblia v-  
niuersa V. & N. T.

12. *Quid*

QVA

11. *Quia si*  
Hæc nucleu  
profundius  
nostri est Eu  
nouo fædere  
noitem sun  
ta debet es  
et Euangel  
gratia Dei  
clarissim  
exponit.

13. *An p*  
uerfales? V  
ribus, siue  
vniuersales  
reprobos,  
accipiunt.  
nes istæ no  
quoque no  
mente scil  
simpliciter  
nomiam

Evdonia  
sunt vniu  
rium. Nin  
misti sunt  
promiscue

14. *An*  
lationis m

12. *Quid sibi velit vox illa Evangelicus?*  
 Hæc nucleum salutis ponit ob oculos, si  
 profundius inspiciatur. Nam justificatio  
 nostri est Evangelica, præcepta DEI sub  
 nouo fœdere sunt Evangelica, promissio-  
 nes item sunt Evangelicæ, obedientia no-  
 stra debet esse Evangelica, merces nostra  
 est Evangelica, id est, hæc omnia pendent  
 à gratia Dei, quam in Euangelio, tanquam  
 in clarissimo speculo, ille nobis proponit &  
 exponit.

13. *An promissiones Euangelij sint uni-  
 uersales?* Vt fiunt & proponuntur à docto-  
 ribus, siue ministris verbi, sunt simpliciter  
 vniuersales, id est, pertinent ad electos &  
 reprobos, quatenus vtrique illas auribus  
 accipiunt. At quemadmodum promissio-  
 nes istæ non applicantur nisi electis, ita  
 quoque non proponuntur nisi electis, ex  
 mente scil. & proposito Dei. Sunt itaque  
 simpliciter vniuersales quantum ad œco-  
 nomiam ministerij, non vero quantum ad  
*Εὐδοκίαν* & intentionem DEI. Ita enim  
 sunt vniuersales solum respectu creden-  
 tium. Nimirum quia hypocrite electis per-  
 missi sunt, fit vt verbum legis & Euangelij  
 promiscuè vtrisq; annuntietur.

14. *An vniuersalitas promissionis & ob-  
 latienis mediatoris sit fide metienda?* Non

H sim-

simpliciter: quia fides promissione & oblatione est posterior, ut ipse apprehensionem notans, & applicationem continens promissionis. Distinguendum autem est inter promissionem oblationemque à DEO factam, & actum hominis apprehendentis promissionem, quæ est fides, & denique actum DEI applicantis credenti id quod promissum oblatumque est. Promissio & oblatio ad omnes vocatos se extendit, vocatos, inquam, externa Evangelij prædicatione, siue vocanti pareant, siue non.

15. *An mandatum credendi & promissio æquè latè pateant?* A. Nam quemadmodum promissio ex mente & proposito Dei non proponitur, nisi electis: sic mandatum credendi non proponitur nisi electis, ex mente & proposito Dei. Rursus quemadmodum promissio proponitur non-electis sine proposito diuino applicanti promissum; ita mandatum credendi proponitur non-electis sine proposito diuino implendi seu præstandi promissum.

16. *Cur quos nouit Deus non se conuersuros ad pœnitentiam, tamen vocet?* Fines hi sunt. 1. ut illi officij moneantur, & ad fidem conuersionemque inuidentur. Rom. 2, v. 4. 2. ut Deus sibi suoque erga creaturas suas amoris etiam isto longanimitatis & patientiæ

Quæ  
 nia exerc  
 Rom. 9. v  
 cetera & re  
 17. An  
 pœnitentia  
 um annu  
 met? Mi  
 non omne  
 ad tantu  
 vult, non  
 ficere. N  
 ta. Hinc i  
 non omne  
 tantatem  
 videlicet  
 vocant,  
 dis.  
 18. A  
 esse in nu  
 Evangelij  
 fit omnib  
 fiat mul  
 tur; & m  
 non præ  
 colere  
 præsent  
 missioner  
 19. Q  
 ad vitam

tentia exercitio satisfaciat. *Esa. 5. v. 1. 2. 3.*  
*4. Rom. 9. v. 22. 3.* ut illi adhortatione ista  
 spreta & rejecta inexcusabiles reddantur

17. *An mandatum, quo Deus fidem & pœnitentiam mandat ijs, quibus Euangelium annuntiaur, cum ipsius decreto pugnet?* Minimè vero. Nam mandato DEI non omne Dei volitum ostenditur, sed illud tantum quod probat, & à nobis fieri vult, non autem, quod ipse vult in nobis efficere. Nimirum Deus tacet nonnulla volita. Hinc in mandatis & promissionibus suis non omne id dicit quod decreuit, sed voluntatem suam tantum ex parte proponit: videlicet voluntatem approbationis, quam vocant, non vero voluntatem effectio-

18. *An hypocrite teneantur credere se esse in numero electorum?* Tenentur credere Euangelio, cujus mandatum & promissio fit omnibus inuitatis. Cum vero promissio fiat multis, à quibus fide non apprehenditur; & mandatum multis ponatur, à quibus non præstatur, hypocritæ non tenentur credere se esse in numero electorum, si non præstent mandatum Euangelij, ejusq; promissionem non apprehendant.

19. *Quomodo Euangelium sit odor vitæ ad vitam, & odor mortis ad mortem?* Prius

H. 2.

illud

illud inest Euangelio per se, quatenus promissioni Dei respondet fides nostra. Ita enim Euangelium est potentia Dei ad salutem cuius credenti. Posterius non inest Euangelio, sed ipsi accidit culpa hominis.

20. *An per Euangelium vocentur digni vel indigni?* Indignitas hominum est vniuersalis, vel particularis. Illa est, qua omnes in vniuersum peccatores sunt indigni: hæc est, qua qui inuitantur à D E O, ad nuptias, vel non veniunt, vel non induti vestem nuptialem veniunt. Vtrique à Deo indigni iudicantur, quia gratiam Dei spernendo se indignos fecerunt promissionis repudiatione. Et his opponuntur digni, vt vocantur *Apoç, 3.* Hinc patet, per Euangelium vocari & indignos, qui sunt tales indignitate natua vel accersita: & dignos, qui fiunt tales dignatione Dei.

---

## CAPVT XXVI.

### *De Christo Mediatore.*

#### I.

**Q**ua sunt nomina Christi? Ea sunt in triplici differentia: videl. nomina diuina, vt Deus, Ichova, &c. humana, vt filius, h omi-

hominis,  
eaque ru  
Ihriel, &  
te.

2. An  
ocum al  
ce, comp  
est typic  
lijs.

3. Ca  
noster Sa  
efficacia.

4. Ca  
seu Chri  
est, Spiri  
Sacerdos

5. An  
Christus  
pla occu

6. I

Christi?  
bi cont  
seu vnic  
munio,  
matis se  
ficia.

7. Ca  
& homo  
id est, &



hominis, &c. & θεανδρική seu œconomia, eaque rursus vel personæ, vt Immanuel, Ithiel, &c. vel officij, vt mediator, rex, &c.

2. *An nomen Iesus sit Christo commune cum alijs hominibus?* Si sumatur uniuoce, competit soli Christo: si æquiuoce, id est typicé, vel abusué, tribuitur etiam alijs.

3. *Cur Christus dicatur Iesus?* Quia est noster Saluator, & quidem merito juxta & efficacia.

4. *Cur Seruator noster dicatur Messias, seu Christus?* Quia unctus est oleo lætitię, id est, Spiritu sancto, vt sit noster Propheta, Sacerdos, & Rex.

5. *An dicendum sit Iesus Christus, vel Christus Iesus?* Vtriusque formulæ exempla occurrunt: prior tamen est Vsitatior.

6. *In quot partibus consistat notitia Christi?* In cognitione personæ, & officij. Ibi considerantur veritas naturarum, vnitas seu vnio personæ, & inde resultans communio, eaque tum idiomaticum, tum axiomaticis seu cultus; denique status: hic, beneficia.

7. *Cuiusmodi persona sit Christus?* Deus & homo in vnitate personę, seu Immanuel, id est, θεανδρική.

H 3

8. An

8. *An Christus verè sit Deus ? Sic est: quia est filius Dei vnigenitus, ejusdem cum Patre essentia, potentia, & dignitatis.*

9. *An Christus verè sit homo? Sic est, quia est natus ex Mariâ virgine, constans partibus & proprietatibus essentialibus hominis, edens operationes hominis, & in statu humilitatis obnoxius eisdem infirmitatibus, quibus nos obnoxij sumus.*

10. *Quomodo Christus factus sit homo? Per incarnationem seu conceptionem.*

11. *Quomodo Christus sit conceptus? Ex Spiritu S. & proinde modo extraordinario & supernaturali.*

12. *Quid sit concipi è Spiritu sancto? Accipere ab illo peculiarem influxum in carnem siue in massam sanguinis, vnde postea existit humana natura absque omni macula.*

13. *An fuerit necessarium incarnari Filium DEI, Omnino. Nam DEVS ab æterno ita decreuit, & in V. T. illud nou vno modo prædixit atq; promisit.*

14. *An Deus alio modo, quam per incarnationem Filij, potuerit redimere genus humanum? Non potuit: quia si potuisset, nihil fuisset necesse Filium DEI tot miserijs subijcere. Deinde si potuisset, aut per absolutam, aut per ordinariam potentiam potuisset.*

QVA  
 miser. Non  
 satisfactionem  
 um, ut pote  
 gloriam sua  
 Non hoc m  
 po norma  
 Deus volui  
 de misericord  
 15. An  
 re matrem  
 hoc modo  
 sapientiar  
 modo pro  
 16. Vn  
 tricem? Q  
 uil-gium  
 redes Ada  
 rius.  
 17. S  
 tuerit na  
 nus con  
 sanguin  
 mata, pr  
 18. 2  
 sti? Fuit p  
 nim Chr  
 19. A  
 i. e. de ip  
 modi ho

tuisset. Non illo modo: quia Deus citra satisfactionem non potest remittere peccatum, utpote qui non potest insuper habere gloriam suam, quæ læsa erat per lapsum. Non hoc modo: quia potentia ordinaria pro norma habet volūtatē Dei. Iam vero Deus voluit hoc modo illustrare justitiam & misericordiam suam.

15. *An decorum fuerit Filio DEI, habere matrem, & quidem peccatricem?* A. Nam hoc modo infinitam suā Φιλανθρωπίαν, sapientiam, & potentiam fecit manifestam, modo proisus incomprehensibili.

16. *Vnde constet, Mariam fuisse peccatricem?* Quia solus Christus habet hoc privilegium, ut sit ἀναμάρτητος. & inter hæredes Adam: utpote hæres extraordinarius.

17. *Quomodo ex Maria peccatrice potuerit nasci Christus non-peccator?* Quatenus conceptus est de Spiritu sancto, qui sanguinem illum, vnde Christi caro est formata, præservavit à labe peccati.

18. *An Maria fuerit plenè mater Christi?* Fuit plenè quantum ad carnem. Hanc enim Christus ab illa traxit.

19. *An Maria rectè dicatur Θεολόν, i. e. deipara?* Omnino. Peperit enim ejusmodi hominem, qui est verus DEVS,

H 4 etiam s

etiam si non peperit eum, quia est DEVS.  
 20. *An Maria manserit ἀειπαρθένος*,  
*seu, virgo ante partum, in partu, & post*  
*partum?* A Ratio primi est: quia Scriptura  
 hoc docet. Ratio secundi est: quia non par-  
 tus, sed coitus, tollit virginitatem. Ratio  
 tertij est: quia non est dignum & decorum  
 Christo habere hujusmodi matrem, quæ  
 post ipsius natiuitatem consueuerit cum  
 viro.

21. *An Christus verè ex substantia Ma-*  
*ria carnem assumerit?* Ita est. Sic enim an-  
 gelus ad Mariam: *Quod ex te nascetur, san-*  
*ctum est.*

22. *An caro Christi nostra sit coëssentia-*  
*lis?* A. Est enim frater noster, nobis per om-  
 nia similis: & proinde ὁμοούσιος, non  
 vero solum ὁμοιούσιος.

23. *Quenam Christus quantum ad hu-*  
*manam naturam habeat nobiscum com-*  
*munia?* Corpus organicum, animam ratio-  
 nalem, proprietates & operationes vtrius-  
 que essentielles, & infirmitates tum nature,  
 tum conditionis.

24. *Quenam Christus quantum ad hu-*  
*manam naturam habeat singularia & pro-*  
*pria sibi?* Quod humana natura subsistit &  
 honoratur in λόγῳ, est ἀναμάρτητος

&amp;

eximia a  
 cedunt car

25. An

volunt as  
 velis affir

met suas p

26. A

situant p  
 nam natu

stantijs. N

ris facit pe

istorum d

27. An

in ipso sun

ynam per

28. A

una fi

est filius h

tametsi n

in tempo

29. A

tionem

liquid a

tionem

30. A

ra ad diu

passus N.

per a

&

& eximia accepit dona, quæ longissime excedunt captum angelorum & hominum.

25. *An in Christo sit duplex intellectus, voluntas, & potentia agendi?* Sicutur thesis affirmatiua. Nam vtraque natura retinet suas proprietates.

26. *An corpus & anima Christi constituent personam integram?* Non; sed vnam naturam ex duabus distinctis substantijs. Neque vero vnio animæ & corporis facit personam, sed subsistentia propria istorum duorum.

27. *An sint duo Christi?* N. Etsi enim duæ in ipso sunt naturæ: tamen illæ constituunt vnam personam.

28. *An in Christo sit geminana iuitas, & vna filiatio?* A. Nam Filius Dei factus est filius hominis ita vt sit vna persona filij, tamen natiuitas vna est ab æterno, altera in tempore.

29. *An Christus ab æterno fuerit perfectus?* A. Fuit enim verus Deus: cuius perfectioni nihil accessit ratione naturæ, vtut aliquid accesserit ratione officij per assumptionem humanæ naturæ.

30. *An per accessionem humana natura ad diuinam, hac aliquid mutationis sit passa?* N. Nam Verbum caro factum est non per *αἰτιώσις*, siue alterationem, sed per

H s assum.

assumptionem carnis in unitatem personæ,  
Hiuc versus:

*Sum, quod eram, nō eram, quod sum? nunc  
dicor utrumq;*

31. *Quare unio duarum in Christo naturarum dicatur personalis, siue hypostatica? Quia duæ istæ naturæ sunt vna persona.*

32. *An verbum & caro faciant unum per se? Si τὸ per se latè sumatur, affirmatiua est vera. Nam ita per se fieri dicuntur, quæcunq; fiunt natura vel consilio.*

33. *An vero illa rectè dicatur assumptio? A. Usitata enim est hæc loquendi formula. Et eleganter dicimus, in Christo esse naturam assumentem & assumtam. Cæterum hic non intelligitur qualiscunq; assumptio, sed intima.*

34. *An caro Christi fuerit in V. T. quando Christus apparuit Patribus? Fuit ibi præludium οἰνοποιίας ἐν Καίρου.*

35. *An unio personalis in Christo sit substantialis, vel accidentalis? Prius aff. quia persona Christi est substantia.*

36. *Annon etiam humana Christi natura sit substantia? Sic est: & hætenus per se subsistit, h. e. non inhæret substantiæ, vt accidens. Alias non subsistit per se, vt persona. Sic brachium subsistit per se vt substantia,*

Qv  
tia, non ver  
est aliquo  
37. An  
stantia, ve  
dentalis.  
38. An  
cata? Est  
mana vni  
persona  
tenus per  
ram hum  
39. A  
disqu par  
siquidem  
infinita &  
40. A  
stasis carn  
ro assumt  
de reali r  
pria Filij  
in care en  
41. G  
A' ουyx  
α' χωρις  
hæresis E  
Nestoriu  
adhibita  
α' διὰ τὴν

tia, non vero vt persona. Hoc enim modo est aliquid ἐννωπόσατον.

37. *An unio personalis in Christo sit substantia, vel accidens? Est modus transcendentalis.*

38. *An unio illa sit mediata, vel immediata? Est mediata; quatenus natura humana vnita est naturæ diuinæ, mediante persona τοῦ λόγου. Est immediata; quatenus persona τοῦ λόγου sibi vnuit naturam humanam.*

39. *An unio illa sit equiparantia, vel disquiparantia? Posterius affirmatur. Vnitæ siquidem sunt duæ naturæ inæquales, videl. infinita & finita.*

40. *An hypostasis verbi sit facta hypostasis carnis? Affirmatur; quatenus videl. caro assumpta est in illam hypostasin. Negatur de reali mutatione, qua subsistentia propria Filij DEI, & proinde infinita, sit effusa in carnem, vt & ipsa facta sit infinita.*

41. *Quomodo unio personalis sit facta? Ἀσυχύτως ἢ ἀτρέπως, ἀδιαιρέτως ἢ ἀχωρίως. Duo priora aduerbia contra hæresin Eutychis, duo posteriora contra Nestorium in concilio Chalcedonenſi sunt adhibita. Quidam addunt quintum, videl. ἀδιασίως.*

H 6

42. Virum

42. *Utrum persona Christi sit simplex vel composita? Posterius affirmatur de compositiōe οἰκονομίας: prius de simplicitate οὐσίας.*

43. *An humana Christi natura aliquo merito hanc unionem acquisuerit? N. Fieri enim non potest, ut creatura bene mereatur de Deo. Hinc illa phrasis. Gratia unionis.*

44. *An unio personalis futura fuisset, si homo non peccasset? N. Nam cessante fine cessant media.*

45. *An unio personalis morte Christi fuerit diremta? N. Nam λόγος animam & corpus humanæ naturæ sustentauit, & simul copulauit.*

46. *An Christus in morte sua fuerit θεάνθρωπος? A. Etsi enim per mortem desijt esse homo quatenus ad separationem animæ à corpore: tamen non desijt esse homo quantum ad unionem personalem.*

47. *Quanam sint effecta unionis personalis? Ista quatuor: gratia unionis, gratia habitualis, gratia communis officij, & gratia communis honoris cum λόγῳ.*

48. *Quid sit gratia unionis? Beneficium, quo humana Christi natura ex mera gratia est vnita τῷ λόγῳ.*

49. Aug  
 in comm  
 sic est. I  
 pietates  
 propria  
 ona ab  
 Deus acc  
 lius hom  
 50.  
 sit reali  
 in re fur  
 realis &  
 verbalis  
 51. A  
 du qui  
 tur tripl  
 ἡ ἀπο  
 strema  
 Pami  
 Deus;  
 tij, Do  
 52.  
 plectit  
 natura  
 53.  
 comma  
 diuina  
 mansit,  
 54.



49. *An phrasīs illa: κ̄γινωγία ἰδιοπειρίτων, seu communicatio idiomatum, sit probas?*  
 Sic est. Neque enim sic dicitur, quod proprietates naturarum sint transfusæ, sed quod proprietates vnius naturæ dicantur de persona ab altera natura denominata. e. g. Deus acquisiuit suo sanguine ecclesiam. Filius hominis descendit e cælo.

50. *Vtrum communicatio idiomatum sit realis, an verbalis?* Est modus loquendi in se fundatus. Diuerso itaque respectu est realis & verbalis. Realis quoad personam; verbalis quoad alteram naturam.

51. *An communicationis illius sint gradus quidam?* N. Etsi enim in Christo cernitur triplex communicatio, vid. κ̄γινωγία, ἡμερωσι, & ἰδιοπειρία: tamen hæc postrema sola est communicatio idiomatum. Primi modi exemplum est, Homo est Deus; secundi, Christus est mediator; tertij, Dominus gloriæ est crucifixus.

52. *Quid sit gratia habitualis?* Ea complectitur omnia dona, quæ humana Christi natura accepit citra mensuram.

53. *An diuina proprietates sint realiter communicata humana natura?* N. Nam ut diuina natura facta est, quod non erat, & mansit, quod erat.

54. *An dona creata in humanitate Christi,*

H 7

Christi,

*Christi, & Spiritus sancti dona in nobis, conueniant specie? A. Differunt namque solo gradu.*

55. *An in Christo distincta natura, proprietates, voluntates, & actiones, ad unum apotelesma concurrant? Ita est. Nam verbum operatur, quod verbi est; & caro, quod carnis est.*

56. *Qua'is sit illa praedicatio de Christo, Deus est homo, & Homo est Deus? Individui de individuo. Itaque haec praedicatio ad quinque praedicabilia non est reuocanda.*

57. *Quid sit status personae Christi? Est conditio, qua ille fuit primo exinanitus, deinde exaltatus.*

58. *An Christus sit exinanitus & exaltatus respectu utriusque naturae? Sic est. Nam diuina natura fuit exinanita assumendo humanam naturam, & ad tempus occultando suam maiestatem; humana, subeundo multimodam infirmitatem & miseriam. Rursus diuina natura fuit exaltata, maiestatem suam eximie manifestando; humana, resurgendo ex morte, deponendo infirmitates, relinquendo hunc mundum aspectabilem, &c. Itaque diuina natura sic est exinanita, vt nihil naturalis perfectionis amiserit; humana, vt perfectionis suae aliqua parte ad tempus caruerit.*

59. An

59. An d

60. Qu

61. Qu

62. Qu

63. A

64. G

65. G

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

59. *An diuina Christi natura fuerit exalta a & exaltans simul?* A. Nam propria virtute seipsam exaltauit, & exaltata fuit à Patre.

60. *Quare Christus sit exinanitus?* Vt foret nouer mediator merito.

61. *Quare Christus sit exaltatus?* Vt foret noster mediator efficacia.

62. *Quales defectus Christus assumerit?* Miserabiles, sed non culpabiles. Miserabiles, inquam, eosque non particulares & personales, sed communes.

63. *An Christo aliquid accesserit per exaltationem?* Ita est. Nam humanæ naturæ accessit esse, diuinæ, cognosci perfectiorem.

64. *Quando cœperit glorificatio Christi?* In resurrectione.

65. *Quomodo nostra humiliatio & exaltatio differat ab humiliatione & exaltatione Christi?* Toto genere: videl. ratione personæ, modi, & fructus siue commodi.

66. *Quomodo consideretur triplex Christi officium?* In se, & in beneficijs. Iterum in se spectantur tria ista officia vel seorsim, vt propheticum per se, sacerdotale per se, & regium per se; vel conjunctim, vt propheticum regio junctum, &c.

67. *Quomodo Christus sit propheta?* In

V. T.

V. T. docuit partim per Prophetas & Sacerdotes, partim apparendo hominibus. In N. T. docuit Legem & Euangelium, & celebravit pascha & eucharistiam. Iam docet partim in cordibus suorum, partim in cœlis.

68. *An Christus in munere prophetico habeat adiutores? Habet: videl. ministros verbi.*

67. *Quomodo Christus sit Sacerdos? Offerendo victimam, & preces: ac has quidem partim in his terris, partim in cœlis.*

68. *An Christus in hoc officio habeat adiutores? N. Etsi enim in V. T. sacerdotes obtulerunt sacrificia propitiatoria, tamen non fuerunt adiutores, sed typi Christi. Ad N. T. quod attinet, sacerdotium Christi est ἀναγεβαλον, intrasitium.*

69. *An Christus sit victima & sacerdos simul? Ita est. Nam seipsum obtulit Patri per Spiritum æternum.*

70. *An Christus sit sacerdos secundum ambas naturas? Sic est. Nam Deus acquisivit suo sanguine ecclesiam.*

71. *Cur Christus dicatur sacerdos secundum ordinem Melchisedeci? Quia est sacerdos & rex simul, neq; habet in hoc genere prædecessorem, vel successorem.*

72. *An Christus in cœlis adhuc sit sacerdos?*

dos? A. Quia nempe apparet coram Patre  
cœlesti, & ipsi commendat necessitates no-  
stras.

73. *Vnde pendeat valor sacrificij Chri-  
sti?* A dignitate personæ, & infinitate pre-  
tij.

74. *Quando Christus cœperit esse λυ' θεου?*  
Ab exordio vitæ suæ.

75. *Quis fuerit colophon λυ' θεου huius?*  
Mors Christi. Nam absque sanguinis effu-  
sione non fit remissio peccatorum.

76. *Qualis sit infinitas λυ' θεου Christi?*  
λυ' θεου, seu pretium mortis Christi suffi-  
cientia vniuersale est, at efficacia particu-  
lare, hoc est, sufficiens ad redemptionem to-  
tius mundi, & expiationem omnium pec-  
catorum: sed efficacia illius ad omnes vni-  
uersim non pertinet. Nam sufficientia est  
ipsa pretij magnitudo: at efficacia consi-  
stit in actuali applicatione per fidem.

77. *Quomodo Christus sit rex noster?*  
Regendo ecclesiam spiritu, cruce, & verbo;  
& protegendo illam aduersus Satanam,  
mundum & carnem.

78. *An Christus sit rex spiritualis?* A.  
Nam regnum ipsius non est de hoc mun-  
do.

79. *An Christus in regio hoc munere  
habeat ministros?* Habet: videl. omnes  
COS.

eos, qui magistratum aliquem Christianum in his terris gerunt.

80. *Quam late pateat regnum Christi?* Regnum Christi est triplex: potentiae, gratiae, & gloriae. Hoc loco agitur de intermedio, quod diffusum est per totum mundum.

81. *Quamdiu durabit illud regnum Christi aeconomicum, seu dispensativum?* Quamdiu ecclesia militabit in his terris.

82. *Quomodo officia Christi breuiter possint commemorari?* Hoc pacto. Christus est arbiter & internuntius, ut propheta: intercessor & sponsor, ut sacerdos: gubernator, ut rex. Ut *arbiter*, discernit & iudicat causam nostram: ut *internuntius*, refert pacta & conditiones utriusque partis; ut *intercessor*, orat & supplicat pro nobis apud thronum misericordiae: ut *Sponsor*, Spondet pro nobis apud thronum iustitiae; Spondet, inquam, se pro omnibus nostris peccatis plenissime satisfacturum exinanitione sui in vita & morte: denique ut *gubernator*, monarchicè regit & defendit ecclesiam suam robore inuictò, dominando in medio inimicorum suorum.

83. *Quanam sint beneficia Christi?* Haec tria. 1. Liberatio, seu redemptio, quae pertinet ad munus sacerdotale. 2. Redemptionis promulga-

mulgatio, quæ pertinet ad munus propheticum. 3. Redemptionis applicatio, quæ pertinet ad munus regium.

84. *Quibus offerantur beneficia Christi?* Promiscuè credentibus & hypocritis.

85. *Quibus conferantur beneficia Christi?* Solis credentibus.

86. *An beneficia Christi aequaliter conferantur omnibus credentibus?* Affirmatur de justificatione: negatur de sanctificatione & glorificatione. Nam illa constat proportionem arithmetica, ista & hæc proportionem geometrica, quoniam utraque gradus admittit.

87. *Quodnam sit fundamentum honoris, qui defertur Christo, ut mediatori?* Actus mediationis seu redemptionis. Itaque hic honor differt ab illo, qui competit S. S. Trinitati.

88. *An Christus sit adorandus secundum utramque naturam?* A. Nam est mediator secundum utramque naturam.

89. *An Christo competat par honor ratione utriusque nature?* N. Nam ut fides distinguit naturam Dei à natura hominis, ita & adoratio.

90. *An adoratio Christi θεανθρωπίνου sit religiosa?* Sic est. Terminatur enim ad personam τοῦ λόγου, & non respicit aliquid civile.

91. *An*

91. *An Christus sit bis natus?* A. Nam ab æterno natus est ex Patre; in tempore, ex virgine. Verè itaque est ἀμῆτωρ ἢ ἀπατόρωρ.

92. *An propter geminam natiuitatem duo sint filij?* N. quia Filius DEI in primo momento conceptionis anteuertit humanam naturam, ne per se subsisteret.

93. *An Christus propter humanam natiuitatem possit dici filius DEI adoptiuus?* N. Nam humana natura subsistit in persona Filij DEI vnigeniti.

94. *An Maria pepererit Dominum naturali modo?* Omnia hic fuerunt naturalia si excipias, quod Maria manserit virgo in partu.

95. *Quis honor debeatur Maria, quod sit mater Christi?* Honor ciuilis, sed in excellenti gradu.

96. *Quae sint praecipuae circumstantiae natiuitatis Christi?* Ista sex: videl.

*Loci:* nimirum, regionis, oppidi, domus, cubarum, &c.

*Temporis:* nempe, quo anno mundi, quo imperatore, quoto ejus imperij anno, quo praeside Iudææ, qua anni tempestate, qua diei parte, cur non ante natus, &c.

*Status:* puta mundi, Iudææ, domini ipsius, mirabilium euentorum, vilis conditionis, &c.

QVÆS

Hominum:  
Finitis: quar  
Paterfation  
Domi

Quam  
Annos

98. Cur

99. Quam

100. Cur

101. Cur

102. Cur

103. Cur

104. Cur

105. Cur

106. Cur

107. Cur

108. Cur

109. Cur

110. Cur

111. Cur



**Hominum:** quorum bono natus est.

**Finis:** quare natus sit.

**Patefactionis:** quando sit patefacta natiuitas Domini, per quos, quibus, quomodo.

97. *Quamdiu Christus in his terris vixerit? Annos 3  $\frac{1}{2}$ .*

98. *Cur Christus vixerit vitam pauperem? Ut nos ditaret.*

99. *Qua de causa Christus circumcisisus fuerit? Ut circumcisionem veterum sanctificaret, eamq; simul tolleret.*

100. *Cur Christus fuerit oblatus in templo? Quia parentes ipsius tenebantur seruare legem. Deinde oblatio Christi sanctificauit istam caeremoniam.*

101. *Cur Christum redimi oportuerit, qui vltro seruiturus erat DEO, & nos redempturus? Quia Christus vt Israelita hic consideratur, non vt redemptor.*

102. *Cur Scriptura non commemoret gesta Christi ab anno 12. vsque ad annum aetatis 30.? Quia Christus tam temporis solenniter aggressus est suum officium, Nam annus trigessimus erat definitus in V. T. ijs, qui sacramunia obire debebant.*

103. *Cur Christus baptizatus fuerit? Ut baptismum nostrum sanctificaret, atq; hoc sacramentum nobis commendaret.*

104. *Cur*

104. *Cur Christus simul circumcidi & baptizari voluerit? Ut hac ratione populum V. & N. T. in vnum conjungeret, tanquam ejusdem ecclesiae Catholicae ciues.*

105. *Cur Dominus à Satana tentari voluerit; Ut nobis posset συμπαθεῖν, & conatum Satanae nos tentaturi infringeret in seipso.*

106. *An Christus à Satana tentatus, tentationibus istis pulsatus fuerit; N. Etsi enim intellectu suo eas percepit, tamen affectu suo easdem non concepit.*

107. *Quanam fuerit summa concionum Christi: Fides vera, & sancta vita.*

108. *An fuerit necessarium, Christum pati? Omnino. Nam genus humanum aliter liberari non potuit.*

109. *An Deus potuerit hominibus remittere peccata ex absoluta sua misericordia? N. Est enim ita misericors, ut etiam sit justus.*

110. *An deitas ipsa sit passa? N. Est enim immutabilis.*

111. *An Christus oppetierit mortem aeternam? A. Gustavit enim mortem ut Sponsor omnipotens; & proinde mortem aeternam, nobis debitam, superavit atque expugnavit.*

112. *Cum Dominus sciret, quaedam esset*  
*Patri*

re decreti  
isset, qua  
uerit? Ut a

los ponere

est influxu

nil miru

is sit istum

eram cre

ollent bibe

113. An

at in passi

uo opponu

olutio debi

udebitum

debitum: t

Nam Christi

ita nobis est

ternam.

114. An c

ta in V. T.?

fuit vtitata

Romanis fu

spensio de li

recepta. Se

cifixio Chri

meas & pe

Spiritu hæc

concludere

tum tempo

*Patris decretum, & quare in mundum ipse  
venisset, quare calicem ira DEI deprecari  
voluerit? Ut atrocitatem pœnæ nobis ob o-  
culos poneret. Deinde humana natura non  
sensit influxum euidẽntem diuinæ naturæ,  
ut nihil mirum sit, quod Christus depreca-  
tus sit istum calicem, cujus vel minimam  
guttam creaturæ in vnum conflatæ non  
possent bibere.*

113. *An satisfactio & meritum concu-  
rãt in passi. ne Christi? Sic est. Etsi enim hæc  
duo opponuntur, quatenus satisfactio est  
solutio debiti ex jure, meritum vero opus  
indebitum, præmium ex indebito faciens  
debitum: tamen hic egregie conueniunt.  
Nam Christus satisfecit legi pro nobis, &  
ita nobis est meritis justitiam & vitam æ-  
ternam.*

114. *An crucifixio Christi fuerit figura-  
ta in V. T.? A. Etsi enim apud Iudæos non  
fuit vsitata crucifixio illa, qua Christus à  
Romanis fuit è medio sublatus: tamen su-  
spensio de ligno fuit in populo DEI more  
recepta. Sed, inquis, Ps. 22. prædicitur cru-  
cifixio Christi his verbis, *Foderunt manus  
meas & pedes meos, &c.* Resp. Prophetico  
Spiritu hæc sunt exarata: vnde non licet  
concludere, hujusmodi crucifixionem jam  
tum temporis vsitatã fuisse in populo Dei.*

115. *Quæ*

115. *Quomodo Christus mori potuerit: cum anima eius esset unita deitati? Verè, mortuus est; quia mors est separatio animæ à corpore. Itaque unio animæ & corporis vere soluta est in morte Christi.*

116. *An Christus mortuus, fuerit homo? Desijt esse homo quantum ad unionem animæ & corporis, non vero quantum ad unionem duarum naturarum, diuinæ & humanæ.*

117. *An DEVS verè nos oderit, antequam Christus moreretur? Deus nos lapsos in Adamo vere odit. Sed postquam nos elegit in Christo, reuera dilexit. Distinguen- dum itaque est inter decretum providentiæ & prædestinationis. Ibi eramus hostes, DEI: hic facti sumus dilecti in illo dilecto.*

118. *An Christus mortuus sit contingen- ter? Affirmatur de causis secundis, negatur: de decreto & prædictione diuina.*

119. *An Christus naturaliter fuisset moriturus, si Iudæi eum non tradidissent? No. Nam mors est stipendium peccati. Iam ve- ro Christus non erat peccator.*

120. *Si pro nobis mortuus est Christus, quare nobis adhuc moriendum? Q. mors nostra non est satisfactio pro peccato, sed abolitio peccati, paterna castigatio, & tran- situs in vitam æternam.*

120. *Vnde:*

121. Unde valor seu pretiositas mortis Christi pendeat? Ex dignitate personæ, e- jusque innocentia, & voluntaria patientia: itemque ex ipsius passionis atrocitate.

122. An Christus à Deo fuerit deorsus? Sane si nō quidem ratione vnionis & com- munionis personæ, sed ratione influxus specialis.

123. Quomodo Christus sit fueratus & sepultus? Splendide: quia nempe victori mortis & sepulchri conveniebat hujusmo- di apparatus magnificus.

124. An verba illa de descensu Christi ad inferos semper fuerint in symbolo Apo- stolico? Ab initio fuisse verisimile est. Sed ab omnibus non fuerunt adhibita.

124. Quodnam sit fundamentum de- scensus huius in Scriptura? Psal. 16. v. 9. 10. Act. 2. v. 26. 27.

125. Quam variè exponatur hic articu- lus? Quinque modis: 1. de tota Christi exi- nitione. 2. de cruciatibus inferiorum. 3. de morte in cruce obita. 4. de statu Domini mortui. 5. de victoria, qua Christus se de- monstrauerit victorem mortis & infero- rum. Rursus quarta sententia scinditur in sex alias. 1. de sepultura. 2. de commoratio- ne in sepulchro per triduum. 3. de animæ et anfitu in paradisum. 4. de emigratione a-

I. animæ

animæ in limbum patrum, s. de emigratione animæ in infernum, ut ibi amplius pateretur. 6. de statu mortuorum & sepultorum vniuerso. Atque ita in vniuersum sunt X. sententiæ, ex quibus ultimam orthodoxam & genuinam esse arbitramur. Vide illam supra c. 4. q. 22.

127. *An descensus Christi ad inferos sit partim localis, partim pœnalis, partim triumphalis?* Ajo. Ratio primi est, quia Christus reuera descendit in infimas partes terræ. Eph. 4 v. 9. Ratio secundi est, quia Christus debuit omnia ea pati, quæ nobis erant sufferenda. In ijs vero est etiam commoratio & detentio in sepulchro. Ratio tertij est; quia pars triumphi Christi est, quod anima eius ascendit in cœlum, postquam videlicet in inferno se demonstraerit victicem mortis & inferorum.

128. *An Christus descenderit in infernum, ut pœnam gehenna ibi perferret?* N. Nam illam pœnam sustinuit in morte.

129. *Quomodo Christus potuerit perferre pœnam gehenna, cum animæ eius semper fuerit vita æterna unita?* Quatenus vim vitæ æternæ non sensit efficaciter.

130. *An pœna gehenna sit mors absoluta damnationis?* N. Nam qui superior euadit virtute propria, ille non habet necesse huic damnationi succumbere

131. An

131. An Ch  
est: non ra  
odi.

132. An D  
est: non qu

133. An q  
pa: i possit

est illam pœ

ij sæpe hab

Denique pij

us pœnæ obi

134. An p

nis consistat;

est iolumn

135. An

um blasph

Affirmatiua

cumbunt hu

qui victor e

136. An

Affirmatur

137. Qu

dolores infer

agoniam pa

metum hor

etionem.

cum ante ar

factus est. 3

que ad mor

131. *An Christus à Deo seperatus fuerit?*  
Ita est: non ratione status, sed ratione com-  
modi.

132. *An Deus pater iratus fuerit Filio?*  
Sic est: non qua Filius fuit, sed qua sponsor.

133. *An quis in hac vita poenam gehenna pati possit?* A. Nam Christus expertus est illam poenam, & superavit. Deinde impij sæpe habent huius poenæ prægustum. Denique pijs aliquando phasma huius ipsius poenæ obijcitur.

134. *An poena inferorum in gehenna ignis consistat;* Minime. Nam ignis infernalis est solummodo tormentum secundarium.

135. *An poena inferorum coniuncta sit cum blasphemiâ perpetua & desperatione?*  
Affirmativa est vera de damnatis, qui succumbunt huic poenæ: non vero de Christo, qui victor evasit.

136. *An poena inferorum sint meritoria?*  
Affirmatur; si quidem illæ superari possint.

137. *Quid Christus sit passus, quod ad dolores inferorum referri possit?* Illa septē: agoniam, pavorem, tristitiam, ademoniam, metum horroris, derelictionem, & maledictionem. Nam Christus 1. cepit luctari cum ante ambulonibus mortis. 2. expauctus est. 3. tristitiam continuam sensit usque ad mortem, 4. præ tristitia fuit prope-

exanimatus. 5. exhorruit, & horrorem  
metuit. 6. desertus fuit à Deo. 7. factus est  
maledictum pro nobis.

138. *An Christus deliquerit in his tantis  
passionibus?* N. quia superavit hæc omnia  
absque murmure, desperatione, & c.

139. *Cur Christus conditionaliter petie-  
rit, quod erat negandum?* Quia humana  
natura ad tempus non sensit efficacem in-  
fluxum deitatis.

140. *Num sit culpabile, quod Christus  
petierit aliquid discrepans à voluntate Dei?*  
N. quia voluntatem suam submitit volun-  
tati Patris.

141. *An sudor sanguinis fuerit natura-  
lis?* N. Expressit enim illum acerbitas pas-  
sionum, ut patet ex circumstantiis.

142. *An Christus in passione sua alienam  
personam gesserit?* Quatenus Sponsor no-  
ster fuit, affirmatiua statuitur. Ita enim  
ἡκεῖν ἑαυτῷ ἡμέτερον πρόσωπον,  
appropriavit sibi nostram personam, ut sunt  
verba Damasceni.

143. *An Dominus fuerit: martyribus  
formidolosior?* N. Nam Christus λυ' τερον  
persoluit gustando mortem æternam; hi  
mortem corporis solum gustarunt. Inter:  
quæ duo nulla est proportio.

144. *An Christus pro arbitrio pœnas se-  
legerit?*

rit. quas pe

icem è ma

145. Quo

rit, cum es

ponsor noll

146. Num

minicare

est aliquis fo

tem.

147. Quo

ma sentire

Quia deserti

Christus cor

147. An

natum Chri

huit, & quide

148. An

cadaver? Stat

fit de cadaue

est corpus C

conjunctissim

Alioqui si pe

sensu & ratic

tua.

150. Qua

Tum sua 10

151. An

Nam comm

let in abstra



legerit, quas perferre vellet? N. Bibit enim calicem à manu Patris.

145. Quo iure Christus derelinqui potuerit, cum esset iustus & innocens? Quia Sponsor nocte fuit.

146. Num sit peccatum, sensu fauoris diuini carere? Simpliciter non est: quia potest aliquis fortiter superare hanc tentationem.

147. Quomodo Christus potuerit in anima sentire derelictionem absque peccato? Quia desertio illa non fuit totalis, & ipse Christus corroboratus fuit spiritu.

147. An possit dici, mortem fuisse dominatam Christo per triduum? Dominari visa fuit, & quidem aliqua tantum ex parte.

148. An corpus Christi fuerit factum cadaver? Statuitur thesis negatiua, si sermo sit de cadauere ordinariè considerato: quia etsi corpus Christi non fuit unitum animæ, conjunctissimum tamen fuit τῷ λόγῳ. Alioqui si per cadaver intelligatur natura sensu & ratione destituta, vera est affirmatiua.

150. Qua virtute Christus resurrexit? Tum sua ipsius, tum Patris.

151. An diuina natura resurrexit? N. Nam communicatio idiomatum non valet in abstracto, sed in concreto.

152. *Quo sensu Christus dicatur primitia eorum, qui obdormierunt.* Cor 15. v. 20. *primitia vivificatorum* ibid. v. 23. *Et primogenitus ex mortuis* Col. 1. v. 18. Apoc. 1. v. 5. ? Hoc accipiendum est de prerogativa quæ cernebatur in jure primogenituræ.

153. *An Christus resurrexerit clauso sepulchro ?* N. Hoc enim non convenit cum veritate corporis.

154. *Quo sensu Christus dicatur resurrexisse ad jui & nostri iustificationem ?* Quia resurgendo à mortuis, innocentiam & deitatem suam asseruit, & se redemptorem nostrum potenter demonstravit.

155. *An vox ascensionis in symbolo intelligatur propriè, vel figuratè ?* Prius affirmatur ex circumstantijs historiæ, Act. 1.

156. *An eodem modo Christus de cælo descendisse, & in cælum ascendisse dicatur ?* Statuitur thesis negatiua. Nam descendit è cælo, quatenus assumpsit humanam naturam: at vero ascendit in cælum, quatenus mutavit locum.

157. *An Christus ascenderit aliquo suo merito ?* Si meriti vox latè sumatur, affirmatiua est vera. At strictè meritum Christi totum, quantum quantum est, nostrum est.

158. *Quomodo Christus ascenderit supra omnes cælos ?* Corpus suum inferèdo in cælum tertium.

159. *An*

159. *An hoc cœlum, in quod ascendit, sit ubiq?* N. Nam ubiquitas est proprietas resultans ex immensitate Dei.

160. *An hoc cœlum sit obnoxium vanitati?* N. Est enim sedes Dei & beatorum.

161. *An cœlum tertium sit in loco?* A. Nam solus Deus est illocalis.

162. *An caro Christi certo cœli loco contineatur?* Cōtinetur, id est, circumscribitur: non continetur, id est, non affigitur.

163. *An Christi corpus manserit inuisibiliter in terris?* N. Nam corpus Christi nō potest esse inuisibile.

164. *Annon minuatur nostra consolatio, si Christus corpore suo non sit in terris præsens?* N. Nam corporalis præsentia per se nihil prodest.

165. *Num unio personalis per corporis Christi à terris absentiam dirimatur?* N. quia cum λόγος sit ubique, ubi ubi est, est ἐν ᾧ καὶ caro non sit ubique.

166. *Utram Christus momento, an per successionem ascenderit in cœlum?* Posterius affirmatur: verum ita, ut non fuerit successio lenta, sed celerrima.

167. *Cur Christus sedere potius quam stare dicatur ad dextram Patris?* Quia sedere est symbolum quietis.

168. *Quo sensu Pater dicatur stare Chri-*

I 4 sto ad

*sto ad dextram, Ps. 16. ? Quia denotatur ibi  
assistentia.*

169. *Quid sibi velit sessio Christi ad dex-  
tram Patris? Complectitur dignitatem siue  
gloriam personæ perpetuam, & officij me-  
diatoris administrationem post ascensio-  
nem.*

170. *Quenam officia Christi complecta-  
tur ista sessio? Sacerdotale & regium. In illo  
cernitur intercessio; in hoc, gubernatio ec-  
clesiæ.*

171. *An sessio illa sit honoris æqualitas?  
N. Est enim proximus gradus: quia non  
morat personæ deitatem, sed dignitatem œ-  
conomicam. Illo modo Christus ab æter-  
no sedet ad dextram Patris: hoc, non item.*

172. *An Christus secundum veramque  
naturam sedeat ad dextram Patris? Affir-  
matur de sessione œconomica; utpote quæ  
complectitur duo, vid. dignitatem media-  
toris, & administrationem officij.*

173. *An Christus in æternum sessurus  
sit hoc modo ad dextram Patris? Affirmatur  
de dignitate personæ τοῦ θεοῦ πατρὸς;  
negatur de administratione officij. Hæc e-  
nim cessabit.*

174. *An al. qui Christo decedet, quan-  
do regnum tradet Patri? N. Tum enim ces-  
sabit ecclesia militās, & incipiet triumphus  
eccle-*

ecclesiæ totalis. Itaque de positio illa est signum victoriæ.

175. *Qui sit ultimus gradus exaltationis Christi? Vltimum iudicium: de quo infra.*

CAPVT XXVII.

*De Ecclesia.*

I.

**Q**uid propriè significet ecclesia? Cœtum eorum, qui euocantur ad aliquid agendum patiendumue.

2. *Quid ecclesia sit in Scripturis sanctis? Est cœtus hominum è statu miseriæ in statum gratiæ à Deo vocatorum.*

3. *Num angeli boni sint membra ecclesiæ? Si vox ea sumatur strictè, vt in Scripturis accipi diximus, angeli non pertinent ad ecclesiam. Si vero latè sumatur, & conditio sanctorum angelorum attendatur, vtique illi pertinent ad ecclesiam, quippe qui sunt electi, & sunt conciuues seu conserui nostri, & sunt sub Christo tanquam communi capite, & denique in ecclesia triumphante locum habent.*

4. *Quomodo genus humanum diuidatur resp. ad habitum ad ecclesiã? Alij sunt oi è Cœo, alij oi è Cœo, h. e. alij sunt in ecclesia, alij prorsus*

I s sus

sus alieni ab ecclesia : & illi sunt vel hypocritæ , vel viua ecclesiæ membra.

5. *Quomodo conueniant & differant ecclesia & politia?* Conueniunt in eo, q̄ vtraq; Deum habet autorē, fautorem, & tutorem; quod item vtraq; constat certo ordine; deniq; quod alicujus boni gratia constiuitur. Differunt quantum ad personas, res, & actiones; seu, quantum ad personas, fines, & media.

6. *Quomodo ecclesia diuidatur?* Ratione *complexus*, est vniuersalis vel particularis.

*gradus*, perfectior vel imperfectior.

*doctrinae*, vera vel falsa.

*notarum*, visibilis vel inuisibilis.

*temporis*, V. & N. testamenti.

*loci & status*, triumphans vel militans.

7. *An ecclesia vniuersalis seu catholica, & particularis differant specie?* N. quatenus in ecclesia particulari sunt credentes. Si vero respiciamus ad hypocritas, qui sunt in ecclesia particulari, utique est differentia specifica inter ecclesiam catholicam & particularem.

8. *Ex quibus colligatur ecclesia catholica?* Ex solis electis. Hinc illa dicitur totum homogeneum seu simile.

9. *Ex quibus colligatur ecclesia particularis?* Ex electis & reprobis. 10. An

CVES  
10. An ele  
clia catho  
Pauli, qu  
non erat  
ebat ad ecc  
11. An nor  
argumen  
ti sint de e  
vero electo  
clia catho  
12. An  
magni pecc  
Eadem est  
uenias eni  
qui se recip  
mero præd  
13. An  
cliam ca  
præditi su  
14. An  
Nam si el  
15. Cu  
initio m  
dem, qu  
ex varijs  
de per m  
hic est ca  
16. An  
nino. E

10. *An electi semper sint actu membra ecclesie catholicae?* Negatur, exemplo apostoli Pauli, qui cum persequeretur ecclesiam, non erat illius membrum actu, etsi pertinebat ad ecclesiam in mente Dei.

11. *An nondum baptizati, catechumeni, energumeni, non perfecti, & excommunicati sint de ecclesia catholica?* Si sint de numero electorum, utique sunt membra ecclesie catholicae.

12. *An haeretici, schismatici, apostata, & magni peccatores sint de ecclesia catholica?* Eadem est responsio cum praecedente. Inuenias enim haereticos, schismaticos, &c. qui se recipiunt ad frugem, & sunt de numero praedestinatorum ad vitam aeternam.

13. *An occulti infidèles pertineant ad ecclesiam catholicam?* Negatur de ijs, qui praediti sunt infidelitate positiva.

14. *An ecclesia catholica sit vna?* Sic est. Nam si est catholica eo ipso est vna.

15. *Cur dicatur catholica?* Quia inde ab initio mundi usque ad finem semper est eadem, quae est ratio vniuersalium; itemque ex varijs hominibus, à Deo electis, hinc inde per mundum colligitur. Duplex itaque hic est catholicismus.

16. *An ecclesia V. T. fuerit catholica?* Omnino. Eadem enim non fuerit ea amplitudo

quæ est in N. T. tamen ex electis & credentibus fuit constituta. Itaque prior catholicismi ratio ibi fuit. Confer cum quæst præced.

17. *Cur ecclesia catholica dicatur sancta?* Quia prædita est sanctitate partim imputata, quæ habet à Christo capite & sponso suo; partim inherente.

18. *Cur ecclesia catholica N. T. dicatur apostolica?* Quia cœpit colligi ab Apostolis, & usque ad finem mundi colligetur per doctrinam Apostolorum.

19. *An electi ab ecclesia catholica unquam desciscant?* N. quia fieri non potest, ut fiant membra ciuitatis diaboli, qui semel cooptati sunt in ciuitatem D E I.

20. *Quodnam sit caput ecclesie catholice?* Christus mediator. Is, inquam, solus est caput ecclesie catholice in V. & N. T.

21. *Qualis sit petra, supra quam ecclesia dicitur fundata Matth. 16?* Petra non significat caput aut primatum, sed firmitatem. Hæc siquidem est ratio metaphoræ. Itaque petra ecclesie est id ipsum, quod ecclesie præstat firmitatem & soliditatem. Usurpatur autem ea vox in Canone & apud scriptores ecclesiasticos de Deo, Christo, fide, ipsamet ecclesia, Scriptura sacra, apostolis, marty-

martyribus,  
Deus titulo  
nitate in  
cum Chri  
us simile  
re peccata  
is: Hec ita  
& quidem  
nam, non  
cam, seu a  
que & Ch  
lus habet  
æternam.  
tribus mo  
cum Patre  
desiæ suæ  
quia Chri  
ecclesie ho  
ra est petra  
& nulla m  
que ecclesie  
& firmitat  
sto nempe  
nem secul  
ecclesie; c  
quiescit fi  
tra ecclesi  
qua funda  
etiam app



martyribus, & singulis fidelibus. Nimirum  
 Deus titulos sibi proprios pro infinita sua  
 bonitate interdum cōmunicat seruis suis:  
 vt cum Christus appellatur lux, & discipuli  
 eius similiter: cum Christus dicit se remit-  
 tere peccata, & hoc quoque tribuit aposto-  
 lis. Hęc itaque communicatio fit ex gratia,  
 & quidem propter aliquam conuenien-  
 tiam, non vtique vniuocam, sed analogi-  
 cam, seu æquivocam. Ita solus Deus, adeo-  
 que & Christus, est petra vniuoce: quia so-  
 lus habet robur, potentiam, & durationem  
 æternam. Christus autem est petra ecclesiæ  
 tribus modis: tum quia est verus Deus vna  
 cum Patre & Spiritu sancto, tum quia ec-  
 clesiæ suæ dat esse & durare, tum denique,  
 quia Christo, ceu rupe durissima, omnes  
 ecclesiæ hostes obteruntur. Porro fides ve-  
 ra est petra ecclesiæ: quia est habitus firmus  
 & nulla machinatione mutabilis. Ipsa quo-  
 que ecclesia est petra propter stabilitatem  
 & firmitatem suam, quæ tanta est, in Chri-  
 sto nempe per fidem, vt duret vsque ad fi-  
 nem seculi. Scriptura sacra & ipsa est petra  
 ecclesiæ: quoniam in ea tuto & firmiter cō-  
 quiescit fides nostra. Apostoli dicuntur pe-  
 tra ecclesiæ: quia tradiderunt doctrinam, in  
 qua fundatur ecclesia catholica. Martyres  
 etiam appellantur hoc nomine propter exi-

I 7 miam

miam confessionem. Denique singuli fideles ornantur hoc elogio propter soliditatem & constantiam fidei.

22. *Quare ecclesia in his terris dicatur militans?* Propter afflictiones varias & graves.

23. *An ecclesia in hoc mundo semper sit subiecta cruci?* Ita est: verum ita, ut saepe respiret. Tum etiam triumphus aeterni praesidium incipiet cum annis illis mille, de quibus, Apoc. 10.

24. *Cur Deus ecclesiam velit subiectam esse cruci?* Propter se: ut maiestatem suam faciat testatam & conspicuam in sustentatione & protectione ecclesiae. Propter electos: ut illi castigentur, probentur, & Christo conformentur, itemque anhelent ad ecclesiam triumphantem. Propter ipsos denique persecutores, ut illi impleant mensuram peccatorum suorum.

25. *Quanam sint summatim tenenda de ecclesia militante?* Quod non affligatur casu: quod hostes ipsius sint Satan, haeretici, tyranni, falsi fratres: quod ecclesia contra illos militet virtute Christi, armis spiritualibus, & interdum etiam corporalibus.

26. *An ecclesia catholica sit visibilis?* Non est. Nam neque ipsi fideles à nobis videri

en possunt,  
implectitur

mundi v

17. An ec

ita est.

men ab ill

28. An e

vocetur v

eadem ecc

vera, & pr

fra est inui

bilis.

29. A

differenti

bilis eccle

gatur, qua

centes.

30. An

lis, item qu

dem? N. E

inuisibilis:

bilis, quae

bilis, qua

tes fidei

31. Qu

lis? Fides

sunt recipi

libiles.

32. Q

deri possunt, neque ipse cœtus totus, qui complectitur homines electos inde ab initio mundi vsque ad finem seculi.

27. *An ecclesia in mundo semper sit visibilis?* Ita est. Etsi enim non videatur ab hoc, tamen ab illo videri & obseruari potest.

28. *An eadem ecclesia particularis rectè vocetur visibilis & inuisibilis?* A. Nam in eadem ecclesia particulari potest esse fides vera, & professio fidei. Ratione fidei ecclesia est inuisibilis; ratione professionis, visibilis.

29. *An ecclesia inuisibilis & visibilis differant specie?* Affirmatur, quatenus visibilis ecclesia complectitur hypocritas. Negatur, quatenus eadem complectitur credentes.

30. *An ecclesia vniuersalis & inuisibilis, itemque particularis & visibilis sint eadem?* N. Etsi enim ecclesia vniuersalis est inuisibilis; tamen particularis est & inuisibilis, quatenus in ea sunt credentes, & visibilis, quatenus in ea sunt homines profitentes fidem.

31. *Quanam sint nota ecclesia inuisibilis?* Fides, spes, & charitas. Hæ liquidem sunt reciprocae & perpetuæ, adeoque infallibiles.

32. *Quanam sint nota proprio ecclesia visibilis?*

*visibilis? Prædicatio verbi Dei incorrupta, & legitima sacramentorum administratio: quæ comitem habent disciplinam ecclesiasticam.*

33. *An licitum nobis sit viuere extra ecclesiam visibilem? Si possumus nos illi adjungere, grauitèr peccamus si id negligimus.*

30. *An necessario pereat, qui se particulari ecclesie iungere nequit? N. Satis enim est illi, quod sit in ecclesia catholica.*

35. *Quanam sit potestas ecclesie circa Scripturas? Illas seruare incorruptas, commendare, explicare, & applicare:*

36. *An ecclesia habeat ius conuendi leges? Habet, quantum attinet ad politiam ecclesiasticam,*

37. *An ecclesia visibilis possit deficere? Affirmatiuam probat experientia.*

38. *An ecclesia catholica possit errare? Neque tota potest, neque in fundamento potest, neque in omnibus articulis simul potest errare; neque etiam perseuerare potest in errore.*

39. *An detur ecclesie laborans in purgatorio? N. illam enim ignorat Scriptura.*

40. *An ecclesie V. & N. T. differant specie? N. Conueniunt enim in fundamento fidei.*

41: An

QVÆS

41. An ecclesia  
visibilis? N. N.

42. An licitum  
nobis sit viuere  
extra ecclesiam  
visibilem? N. quod

43. Vbi sit  
potestas ecclesie  
circumscriptas  
Scripturas? N. quod

44. An ecclesia  
catholica possit  
errare? N. quod

45. An ecclesia  
catholica possit  
perseuerare in  
errore? N. quod

46. An ecclesia  
catholica possit  
deficere? N. quod

CA

De

QVotupli  
diata &

no, poeniten  
sanctorum,

tas Christiati  
eterna per

rum. Deus

poenitentia  
communio

peccatorum  
& inde san

stiana fuan  
sanctificamus

41. *An ecclesia statim sit falsa, quæ est impura?* N. Nam veritas habet gradus.

42. *An liceat se adiungere ecclesie schismatica?* N. quia schisma formaliter malum est.

43. *Vbi fuenit ecclesia ante Lutherum?* Partim in Oriente, partim in Occidente.

44. *An ecclesia Romana nullos habeat electos Dei filios?* Habet. Sunt enim in Cimmerijs illis tenebris, quos illustrat lux Evangelij de salute in solo Iesu Christo quaerenda.

CAPVT XXVIII.  
*De Regeneratione.*

I.

**Q**uotuplicia sint media salutis? Immediata & mediata. Illa sunt regeneratio, pœnitentia salutaris, fides, communio sanctorum, justificatio, sanctificatio, libertas Christiana, & adoptio: hic est vocatio externa per verbum & sacramenta, Nimirum Deus nos regenerat adducendo ad pœnitentiam & fidem, vt in sanctorum communionem veniamus, remissionem peccatorum obtineamus seu justificemur, & inde sancte viuamus, ac libertate Christiana fruamur, deniq; jus adoptionis percipientiamus.

2. *Quid*

2. *Quid sit regeneratio?* Est actio Dei gratuita, qua homo est in statu miseriae perducitur in statum gratiae, ut fiat nova creatura in Iesu Christo. Et ita quidem propriissime accipitur hæc vox. Non regeneratio est nova generatio, seu creatio, per quam nobis imprimatur forma supernaturalis, qua Christianus est vere Christianus, & ab hypocritis & profanis distinguitur.

3. *An regeneratio, vocatio interna, & conuersio differant?* Si regeneratio ita sumatur, ut ad præced. quæst. diximus, & vocatio interna sumatur pro efficace, & denique conuersio statuatur actio DEI, hæc tria sunt vnum. Si vero regeneratio strictè sumatur & *à xv' pass* pro sanctificatione, & conuersio pro actione hominis pœnitentis, utique differunt.

4. *Quid sit interna vocatio?* Non est suasio moralis, sed actio Dei efficax, qua ille in cordibus nostris vocat ea quæ non sunt, ut sint, perinde ut in prima creatione verbo suo omnipotente vocauit ea quæ non erant, ut essent.

5. *Qualis sit tractus Patris, de quo Ioh. 16.* Est gratia conuersionis, eaque irresistibilis, qua Deus ex nolentibus facit volentes, ut Augustinus rectè interpretatur. Sed, inquis, idem Augustinus illum tractum sic explicat

QVÆS

licat, ut eo  
emus ouem  
Augustinus ha  
tractum ill  
nem: ut pa  
stra itaqu  
o suatione

6. An ho  
rtare vi lib  
ortuus in p  
poteft se rege  
e non poteft  
est seipsum  
seipsum rege

7. An ho  
gat cum De  
itandum? N  
tenon stipe  
re, neque  
atur.

8. An h  
tensis se ha  
pi influxu  
confert, ut  
ate sit præ  
phrafis: De

9. Qui  
ma conuer

explicat, vt eo modo nos trahi dicat, quo videmus ouem trahi à ramo virente. Resp. Augustinus hac similitudine vult ostendere, tractum illum non esse violentum, sed suauem: vt patet ex alijs locis apud ipsum. Frustra itaque adducitur hæc similitudo pro suasionem morali, seu tractione objectiua.

6. *An homo possit se regenerare seu conuertere vi liberi arbitrij?* N. Nam homo est mortuus in peccatis, ac proinde æque non potest se regenerare, atque homo mortuus se non potest excitare. Deinde vt nihil potest seipsum generare: ita homo non potest seipsum regenerare.

7. *An homo in prima sui conuersione agat cum Deo, ad se è morte peccatorum excitandum?* N. Etsi enim agit Physice, vtpote non stipes: tamen non agit hyperphysice, neque etiam hac intentione vt conuertatur.

8. *An homo in primo instanti regenerationis se habeat merè passiuè?* A. Nam recipit influxum DEI, ad quem nihil profus confert, vtur intelligendi & volendi facultate sit præditus. Huc pertinet egregia illa phrasis: *Deum pati, &, Diu na pati.*

9. *Quid Deus homini conferat in prima conuersione seu regeneratione?* Noua  
 prin-

principia, credendi vid. & agendi, h. e. fidem & sanctitatem.

10. *An Deus omnibus hominibus, apud quos euangelium p. adica: ur, auxilium sufficiens suppediet, quo arbitrium excitetur & disponatur ad se conuertendum?* Affirmatur de auxilio sufficiente secundum quid: quatenus videl. Deus alia media externa non adhibet ad conuersionem electorum, quam illa ipsa, quæ hypocritis etiam administrat.

11. *An tantum gratia singulis hominibus Deus suppediet, ut se coram ipsius iudicio excusare nequeant?* A. Nam ijs, qui sunt extra ecclesiam, suppediat lumen naturæ, & legem atq; jus suum scribit in cordibus eorum, Rom 1. & 2. Deinde omnibus vocatis ad ecclesiam administrat ea media, quæ in ordine causarum secundarum sufficiunt ad conuersionem. Nam D. E. V. S. per verbum & sacramenta ordinarie regenerat.

12. *Quare Deus nob: ipsis mandet, ut nos conuertamus. cum id facere nequeamus?* Ut inter alia electos suos ita præparet ad agnitionem & deplorationem miserix, & gratix salutaris implorationem.

13. *Quæ res mouent Deum ad nos regenerandos?* Pura puta ipsius eu' doxiæ, qua  
dicer-

Q. E. T. I.

accipit inte  
randos.

14. *Quam*  
rationis?

15. *An ho*  
ad sui r.

Quamodo

qui est qual

erandus e

politus: qu

16. *Qu*  
Deus nos re

accendit p

primo voc

meatorum

ordine agi

legis nos

& in nobi

nem, per c

denique p

pietatis.

17. *Qu*  
tura fact

beamus c

sancto.

18. *Qu*  
efficacite

vocatio

19. *Qu*



discernit inter regenerandos & non-rege-  
nerandos.

14. *Quanam sit causa meritoria rege-  
nerationis?* Christus, in quo sumus electi.

15. *An homo aliquatenus possit se prapa-  
re ad sui regenerationem?* Non potest.  
Quomodo enim se praearet ac disponat,  
qui est quasi non sit? Nimirum homo rege-  
nerandus est non ens, hoc est, plane indi-  
spolitus: quippe mortuus in peccatis.

16. *Quibus medijs externis, & quomodo  
Deus nos regeneret?* Per verbum ordinarie:  
accendit poenitentiam & fidem, seu nos  
primo vocat & regenerat; per usum sacra-  
mentorum fidem confirmat. Hoc autem  
ordine agit per verbum, ut per concionem  
legis nos corrigat & corripiat ob peccata,  
& in nobis efficiat dolorem & contritio-  
nem; per concionem Euangelij nos erigat,  
denique per utramque dirigat ad studium  
pietatis.

17. *Quo fine regeneremur?* Ut noua crea-  
tura facti vnionem & communionem ha-  
beamus cum Deo Patre, Filio, & Spiritu  
sancto.

18. *Quosnam Deus regeneret, seu vocet  
efficaciter?* Solos electos. Nam electio &  
vocatio interna a quo late patent.

19. *An vocatio interna sola sit efficax?*  
Sola.

Sola est efficax ad conuersionem. Externa vocatio est & illa quidem efficax, sed alio sensu: vid. quatenus pœnitentia secundum mundum, fides historica, & similia per illam efficiuntur. Itaque vocatio interna dicitur efficax κατ' ἐξοχήν.

20. *An vocatio interna sit tantum e' electorū?* Statuitur thesis affirmatiua, si strictè sumatur vocatio interna, & κατ' ἐξοχήν. Alias vocatio interna late sumpta diuiditur in eam, quæ est illuminationis & regenerationis. Et hoc sensu etiam hypocritæ vocantur internè.

21. *Qua sui parte homo regeneretur?* Anima & corpore; ita nempe vt principaliter reformetur intellectus & voluntas, quibus postea parent membra corporis.

22. *An itaque totus homo regeneretur?* Homo, qua homo, ita regeneratur, vt in eo sint duo homines, puta vetus & nouus Adam, seu carnalis & spiritualis. Itaq; in ipso est pars non-regenita, & regenita, seu duplex agēdi principium. Quæ quidem principia cernuntur in intellectu, voluntate, & singulis membris. Vtut aut homo regenitus ita sit velut diuisus in seipso, tamen ipsum subjectum, seu persona tota regeneratur.

23. *Quando homines regenerentur?* Alij in prima infantia, vt infantes electi qui statim

rim decedunt: alij in juventute: alij in extrema senectâ.

24. *Vnde colligere possimus nos esse regeneratos? Ex lacta carnis & spiritus, quæ complectitur ista tria. 1. esuriam & sitim justitiæ Christi. 2. gemitus inenarrabiles. 3. instaurationem & praxin pœnitentiæ in singula momenta.*

25. *Quomodo regeneratio vera discernatur ab hypocritica? Per istam Christi Maximam: Ex fructibus eorum cognoscetis eos.*

26. *An omnes pari virtute Dei regenerentur? N. Nam Deus alios pluribus & majoribus donis ornat, alios paucioribus & minoribus.*

27. *Vtrum semel fiat regeneratio, an sæpius? Semel tantum fit, quantum ad dationem fidei & justificationem: sæpius aut fit, quantum ad pœnitentiam & sanctificationem.*

28. *Cur Deus imperfectè nos regeneret in hac vita? Ut sit discrimen inter statum viæ & patriæ, seu inter ecclesiam militantem & triumphantem.*

29. *An reprobi aliquo modo regenerentur? N. Etsi enim sæpenumero egregie illuminantur à D E O, non tamen fiunt nova creatura in Christo.*

30. *An egregia illa dona, quibus reprobi ornantur à D E O, fiant ex electione? N. quia*

quia fluunt ex decreto prouidentia, quod non collitur per decretum reprobationis.

## CAPVT XXIX.

### De Pœnitentia.

I.

**A**N pœnitentia & resipiscentia differant? Hæc vocabula nunc promiscue, nunc opposite vsurpantur. Promiscue vnum pro altero vsurpatur. Opposite pœnitentia (*μεταμέλεια*) non assurgit aut progreditur ultra pœnitentiam: sed resipiscentia (*μετανοια*) ad pœnitentiam adijcit repetitam sapientiam. Itaque resipiscentia semper est salutaris, lege scilicet ostendente peccatum, euangelio autem illud purgante. Atque hinc resipiscentia dicitur pœnitentia euangelica. At pœnitentia nuda est opus legis, & proinde, nisi DEVS succurrat, est iter ad desperationem. Hinc dicitur pœnitentia legalis.

2. *An homo possit seipsum præparare ad pœnitentiam euangelicam?* N. quia solus Deus hominem præparat per varia documenta naturæ & gratiæ, per beneficia & iudicia, per concionem legis, &c.

3. *An recte dicatur; Qui prima gratia reus vitæ in Christo, dignus sit secunda propter*

Christi  
que gratia e

men gratia

missionis D

ita dona sua

us ex vsu

sumit ut

opus manu

Denique

velit, sub

lit, ac proin

4. Quot

ntis natura

nitantibus?

vel ea in in

oc factum m

atum, & ma

um.

5. An pœni

ua ipsi nō cor

6. An pœni

entia initiali

terior.

7. Qua sint

reatia initialis

dum Deum, &

uens seu con

one veteris

5.

*propter Christum? Quidni? Nam etsi v-  
traque gratia est indebita respectu nostri:  
tamen gratia secunda est debita ratione  
promissionis DEI, qua ille promisit, quod  
velit dona sua in nobis coronare. Deinde  
Deus ex usu recto primæ gratiæ occasio-  
nem sumit vt conferat vltiorem gratiam,  
& opus manuum suarum confirmet in no-  
bis. Denique Deus, qui præuenit nolentem  
vt velit, subsequitur volentem ne frustra  
velit, ac proinde sua dona in iusto coronat,*

4. *Quot modis homo abutatur docu-  
mentis nature vel gratiæ ad resipiscentiã  
inuitantibus? Duobus. Nam vel resistit il-  
lis, vel ea in iniustitia detinet. Per vtrumq;  
hoc factum meretur & accersit sibi nouum  
reatum, & maiorem condemnationis gra-  
dum.*

5. *An pœnitentia sit sacramentum? N.  
quia ipsi nõ competit definitio sacramenti.*

6. *An pœnitentia sit prior fide? Pœni-  
tentia initialis est prior: continua, est po-  
sterior.*

7. *Quæ sint partes pœnitentiæ? Pœni-  
tentia initialis continetur dolore secun-  
dum Deum, & siti iustitiæ Christi: conse-  
quens seu continua integratur mortifica-  
tione veteris & viuificatione noui homi-  
nis.*

8. *An forma resipiscentia semel & simul  
introducatur?* Affirmatur de perfectione  
partium. Nam partes pœnitentiæ tum ini-  
tialis tum consequentis sunt simul. Sed v-  
træque paulatim sumunt incrementum; &  
in alijs regnum Spiritus est imbecillius &  
obscurius, in quibusdam firmitus & mani-  
festius.

9. *An contritio cordis, confessio oris, &  
satisfactio operis rectè st. trahatur partes pœ-  
nitentiæ?* N. prout quidem Papistæ has par-  
tes definiunt. Nam illis hæc tria sunt meri-  
toria: & confessio auricularis ab illis intelli-  
gitur. Alias quatenus contritio est dolor se-  
cundum Deum, & confessio fit coram Deo  
vel hominibus, & denique satisfactio ec-  
clesiastica intelligitur; hoc, inquam, sensu  
hæc possunt dici adjuncta partium pœni-  
tentiæ.

10. *An relapsus locus sit pœnitentiæ?* Ita  
est: siquidem non committant peccatum  
in Spiritum S.

11. *An contritio possit esse perfecta?* Non  
potest: quia ut homo non satis intelligit  
peccatorum suorum magnitudinem & mul-  
titudinem, ita non satis potest animo per-  
celli ob illa.

12. *Quid intersit inter dolorem qui est  
secundum Deum, & qui est secundum ho-  
minem;*

QVÆ  
nem? Ille est  
11. An con  
sarium req  
pœnitenti  
n debemus  
aria, qua  
eram eccle  
tim requi  
ic, privata.  
14. An in  
habet sat  
olgentia. N  
face eccle  
vsa indulge  
ctia: stica  
15. An om  
nis in hac vi  
quia nempe  
simus perfec  
16. An la  
poris, &c  
iam? Ita est  
tentia, nec  
rium.  
17. An la  
licet; quia  
fragilis c  
lat,

*minem?* Ille est dolor offensæ; hic, pœnæ.

13. *An confessio coram hominibus sit necessarium requisitum pœnitentia?* Negatur de pœnitentia ordinaria, quam nunquam non debemus agere: affirmatur de extraordinaria, quando videl. offendimus vel universam ecclesiam, vel fratrem nostrum. Ibi enim requiritur confessio peccati publicæ; hic, priuata.

14. *An indulgentia sint necessaria?* Sicut se habet satisfactio ecclesiastica. ita & indulgentia. Nimirum vt aliquis potest satisfacere ecclesiæ, ita vicissim ecclesia potest ipsi indulgere, seu remittere de pœna ecclesiastica.

15. *An omnibus in uniuersum Christianis in hac vita opus sit pœnitentia?* Sic est: quia nempe omnes quotidie labimur, vt ut simus perfecti.

16. *An lachryma, ieiunium, afflictio corporis, &c. commendent nostram pœnitentiam?* Ita est: si nempe sint signa veræ pœnitentiæ, neq; in ijs statuatur cultus aut meritum.

17. *An liceat differre pœnitentiam?* Non licet: quia pœnitentia sera vix est seria. Et fragilis conditio vitæ nostræ postulat, ne procrastinemus pœnitentiam.

## CAPVT. XXX.

## De Fide.

I.

**Q**uomodo differant fides historica, miraculorum temporaria, & iustificans?

Id patet ex his regulis. 1. Fides historica, miraculorum, & temporaria, prout est in hypocritis, specie differt à fide iustificante. 2. Fides saluifica seu iustificans in homine electo obire potest munia fidei miraculorum: & semper obire munia fidei historicæ seu dogmaticæ. Nam varia sunt exercitia fidei iustificantis, vt docet Apostolus, Heb. II.

2. *An fides saluifica sit ex dono electionis?* Sic est. Nam credunt solum illi, qui ad vitam æternam ordinantur, Act. 13.

3. *An sit duplex electio, alia ad iustitiam seu fidem, alia ad vitam æternam?* N. Nam fides saluifica & vita æterna indiuiduo nexu cohærent, ita, vt qui electus est ad fidem, sit quoque electus ad vitam æternam, & vicissim. Quod attinet ad fidem historicam, miraculorum & temporariam, in hypocritis, illa non fuit ex decreto electionis, sed prouidentia.

4. *An fides detur per modum suasionis?* Sunt qui docent, fidei saluificæ dationem fieri.

QVA

ri per mod  
explicant  
licuitur a  
tibi pradic  
S. opera  
em, horum  
atur certa  
uo pene  
Deus statui  
entes salua  
tus sancti  
terna Spi  
na sufficien  
velle & cred  
illa, qua vult  
commodari  
prouidentia  
rejiatur à  
decreto pr  
cum certa  
credat, & co  
tur & adhi  
modatur p  
persuadene  
betur. Hac  
tentia erra  
nobis acce  
imprimu  
non efficiu



fieri per modum suasionis. Hunc modum  
sic explicant Suasio ista fit per verbum Dei.  
Instituitur autem suasio illa extrinsecus per  
verbi prædicationem, intrinsecus per Spiri-  
tus S. operationem vel potius cooperatio-  
nem, horum tendentes, vt verbum intelli-  
gatur certa que fide apprehendatur. Quæ  
duo pene semper coniunguntur. Nam  
Deus statuit per verbi prædicationem cre-  
dentes saluare, & verbi prædicatio citra Spi-  
ritus sancti cooperatione est inutilis. Porro  
interna Spiritus sancti suasio est duplex: v-  
na sufficiens, altera efficax. Illa, qua potest  
velle & credere, & conuerti, cui adhibetur:  
ista, qua vult, credit, & conuertitur, cui ac-  
commodatur. Illa adhibetur ex decreto  
providentiæ, cum certa præscientia fore vt  
reiciatur à libero hominis arbitrio: ista ex  
decreto prædestinationis administratur,  
cum certa præscientia fore vt re ipsa velit,  
credat, & conuertatur ille cui accommoda-  
tur & adhibetur: propterea quod ita accõ-  
modatur prout Deus nouit congruum esse  
persuadendo & conuertendo illi cui adhi-  
betur. Hactenus illi. Sed, vt alia hujus sen-  
tentia errata omittam, fides justificans in  
nobis accenditur, creatur, infunditur, &  
imprimitur per tractum efficacem. Itaque  
non efficitur per nudam suasionem.

5. *In qua hominis parte locum habeat fides iustificans?* In intellectu. Nam fides iustificans est hypostasis, id est, representatio certa, & elenchus, id est, conuictio infallibilis, ut docet Apostolus, *Heb. 11.* Hæc vero non possunt conuenire voluntati. Deinde fides saluifica est *πληροφορία ἢ πεπωθήκη*, id est, certioratio, perluasio, & notitia specialissima, qua quis sibi applicat gratiam DEI in Christo, & in illa firmiter acquiescit. At hæc omnia pertinet ad intellectum.

6. *An fides iustificans sit fiducia?* In sensu causal: vera est assertio. Alias non. Nam fiducia est effectum fidei, æque ac spes, charitas, inuocatio, timor Dei, &c.

7. *An fides iustificans in se spectata sit res mobilis & prestans?* Non est: quia licet sit habitus à Deo infusus, tamen multimoda laborat imperfectione & imbecillitate. Omne autem ipsius pretium est ab objecto, & est specialis misericordia Dei in Christo.

8. *Quodnam sit fundamentum specialis applicationis, qua tribuitur fidei saluifica?* Est 1. verbum euangelij, cuius promissiones sunt vniuersales. 2. testimonium Dei actiuum & passiuum in cordibus nostris. Illud est Spiritus sancti; hoc spiritus nostri. 3. vsus sacramentorum. Cum enim in ijs fiat specialissima applicatio externa, neces-  
se

QVA

est, ut huic  
interiora.9. Quan  
tio, spes, ch  
denique g  
us vitæ æt10. Quo  
a, qua in V  
& circumst  
Christum p11. Quib  
in nobis esse  
ante comm12. An  
ssimus at  
adhibetur c13. Quo  
dem esse hy  
pariat bon  
pera Phari14. An  
genitis? N  
roxysmos15. An  
unctum p  
electio  
sunt insti16. Qu  
pereat? Ca

se est, vt huic applicationi respondeat aliqua interna.

9. *Quenam sint fidei effecta?* Ista: iustificatio, spes, charitas, omniaque bona opera, & denique gaudium ineffabile seu prægustus vitæ æternæ.

10. *Quomodo differat fides in N. T. ab ea, qua in V.?* Non substantia, sed mensura & circumstantia. Illi enim crediderunt in Christum promissum: nos, in missum.

11. *Quibus argumentis colligere possimus, in nobis esse veram fidem?* Ex effectis paulo ante commemoratis.

12. *An de aliorum fide pariter certi esse possimus atque de nostra?* N. Ibi enim solum adhibetur canon iudicium charitatis.

13. *Quomodo cognosci possit, aliorum fidem esse hypocriticam?* Si vel nulla ex se pariat bona opera, vel deficiat, vel edat opera Pharisaica vel etiam coacta.

14. *An fides semper sit aque firma in regenitis?* N. quia habet sua intervalla & paroxysmos.

15. *An perseverantia sit inseparabile adiunctum fidei salvificæ?* A. Nam fides fluit ex electione, vt est illorum qui Christo sunt infirmi, & denique est nostra victoria.

16. *Qua causa sit, cur fides iustificans non pereat?* Causa ista non est quærenda in ipso

fideli, aut in fidei natura & indole: sed in gratia confirmante, quæ promissa est credentibus Sic v. g. Petri fides deficere potuit, si consideremus Petrum & debilitatem ipsius fidei. At Christus intercessione sua illi gratiam impetrauit, qua factum est ne deficeret: *Petræ rogavi pro te, ne fides tua deficiat.*

17. *Quatenus fideles amittant gratiam & Spiritum sanctum?* Habitus gratiæ & donorum Spiritus sancti semper manet, actus autem interrumpitur. Deinde sensus gratiæ interdum nobis eripitur.

18. *An habitus possit infundi?* Ex Porphyrio definitur habitus, quod sit qualitas crebris actionibus acquisita. Verum hæc definitio est limitanda. Datur enim vnica actio, v. g. Dei, quæ æquat, imo superat actiones infinites repetitas.

## CAPVT XXXI.

### *De Communionem Sanctorum.*

#### I.

**A**N regenerati verè sint sancti? A. Sunt enim sancti in Christo, cui sunt insiti per fidem; & in seipsis, quatenus quotidie

PRO.

QVÆ

proficiunt per  
te in virtute

1. Quali  
est respe

ter se. N

uorem hab

oriam. D

nia omni

& bona exte

Habemus e

orem, Fili

ctum sancti

nam remissi

correctione

um, &c.

3. Quod

lamentum

Christo. V

ex aliqua v

tualis & m

simili vnio

4. An

per ipsum

sancto.

5. Qua

atissima.

6. An

est: nempe

bra vnus o



7. *An sanctorum communio sit tantum inter vivos?* N. Nam viuentes inter se communia habent ea, quæ pertinent ad justificationem & sanctificationem: & mortui inter se communia habent ea, quæ pertinent ad glorificationem. Vtrique autem, viuentes inquam & mortui, habent vnum caput, Iesum Christum, & mortui pro viuentibus orant, nempe in genere.

*An sancti sua merita nobis communi-cent?* N. Nulla siquidem habent. Et meritum Christi nobis abunde sufficit.

9. *An sancti intercedant pro nobis fiducia suorum meritorum?* Statuitur thesis negatiua ex decisione præcedentis quæstionis.

10. *Vnde certi sumus, nos esse consortes communionis sanctorum?* Ex fide, sympathia Christiana, communionem crucis, &c.

11. *An Christus habeat aliquid nobiscum commune?* Sic est. Nam in statu exinanitionis infirmitates nostras expertus est, & peccatum nostrum bajulauit: iam vero in statu exaltationis crucem nostram ducit suam, juxta illud; *Saul Saul, quid me persequeris.*

12. *An impij habeant aliquid commune cum Christo?* A. Nam Christus est frater ipsorum secundum carnem. At hæc communio ipsis nihil prodest. 13. An

QVÆS

13. An ha  
pore & san  
is videl. il  
ec commun  
consequer  
gratiam.

14. An co  
firmatur c

C

D

Q Vid sit i  
& alijs  
latine auth  
ps est vitar  
ationem &  
ere, vt sanct  
care, ad es fa  
ficatio hujus  
quod iustu  
uare.

1. An in  
sit unum  
tudine sua  
si Adam per  
re, vtique  
bonem pecca

13. *An habeamus communionem cum corpore & sanguine Christi? Sic est, quatenus videl. illa sunt data pro nobis. Itaque hæc communicatio non est quantum ad naturæ consequentiam, sed quantum ad munerationis gratiam.*

14. *An communicatio sanctorum sit æterna? Affirmatur de statu gloriæ.*

CAPVT XXXII.

*De Justificatione.*

I.

**Q**uid sit iustificare? Vox hæc Ciceroni & alijs prioribus purioribusq; linguæ Latinæ authoribus prorsus ignota, theologis est vsitatissima. Significat autem, si notationem & analogiam spectes, iustum facere, vt sanctificare, sanctum facere; ædificare, ædes facere. At si vsum respicias, significatio hujus vocis est forensis, & idem est, quod iustum censere, reputare, & pronuntiare.

1. *An iustificatio & remissio peccatorum sint unum? Si iustificatio consideretur in latitudine sua, statuitur thesis negatiua. Nam si Adam perstitisset in primæua sua integritate, vtique iustificatus fuisset citra remissionem peccatorum. Itaque iustificatio le-*

K 6 galis

galis reuera differt à remissione peccatorum. Alia est ratio justificationis euangelicæ. Hæc enim est ipsissima peccatorum remissio.

3. *Quanam sit origo erroris in hoc loco?* Quod de iustitia & justificatione disseritur ex sensu philosophorum, non verè attenditur ad euangelij doctrinam.

4. *Quotuplex sit iustificatio h. minis coram Deo?* Duplex: videl. legalis & euangelica. Illa est, qua aliquis iustus censetur propter iustitiam legis, seu inhærentem: hæc est, qua aliquis iustus censetur propter iustitiam euangelicam, seu imputatam, qualis est iustitia Christi.

5. *Quanam in re consistat iustificatio euangelica?* In remissione peccatorum.

6. *An remissio peccatorum sit integra iustificatio?* Remissio peccatorum & imputatio iustitiæ Christi non differunt nisi terminis. Itaque non sunt partes integrales, quorum neutra sit tota iustificatio. Illustramus hanc rem pluribus. Iustificatio est actio individua constans duobus actibus, ratione tantum, non subiecto differentiibus, respectu differentium terminorum, à quo & ad quem: qualibus constare soleat actiones, quæ sunt contrariorum immediatorum  $\alpha\beta\zeta\eta\theta\iota\kappa\lambda$ , quæque cum re ipsa

QVA  
 ipsa & subje  
 languuntur  
 in parietis  
 one abbe di  
 tione, qua  
 contra. Ideo  
 differens  
 & infusion  
 actione. V  
 tur corpus  
 cando vel  
 trumque.  
 nobis indu  
 curunt re  
 iustitiæ, no  
 sed ut act  
 remittend  
 tiam Chri  
 purando,  
 7. An  
 Ita est. N  
 purando  
 quam do  
 verbi, &  
 cata long  
 do; uti,  
 conserui.  
 8. An  
 obedienci



re ipsa & subjecto sint vna actio, tamen distinguuntur λόγῳ & respectu. v. c. de alba-  
 dio parietis fit pullione nigredinis, & asper-  
 sione albedinis: simul tamen, & eadem a-  
 ctione, qua hæc aspergitur, illa pellitur, &  
 contra. Ideo sunt vna actio, ratione tantum  
 differens. Repleo vasis fit pullione vacui,  
 & infusione liquoris: vtraque tamen fit vna  
 actio. Vestitura, vt sic loquar, qua vesti-  
 tur corpus, fit regendo nuditatem, & appli-  
 cando vestem. Eadem tamen actio fit v-  
 trumque. Sic etiam in justificatione, qua  
 nobis induitur vestis iustitiæ Christi, con-  
 currunt remissio peccatorum & imputatio  
 iustitiæ, non vt diuersæ actiones, vel partes,  
 sed vt actus terminis differentiæ. Nam Deus  
 remittendo nobis peccata propter iusti-  
 tiam Christi, eandem imputat, & eam im-  
 putando, peccata remittit.

7. *An solus Deus nobis remittat peccata?*  
 Ita est. Nam ille remittit peccata, non im-  
 putando nobis illa, sed condonando, tan-  
 quam demitius, qui est læsus. At ministri  
 verbi, & alij homines nobis remittunt pec-  
 cata longè diuersa ratione: illi, promulgan-  
 do; isti, ignoscendo, tanquam fratres &  
 conserui. Quæ remissio non est hujus loci.

8. *An iustitia euangelij & inchoata legis  
 obedientia simul sint?* A. Illa enim tanquam

meritum hanc ex se parit tanquam gratitudinem erga donantem & merentem.

9. *An ad obedientiam, tanquam genus, omnia possint referri, qua Christus ad nos redimendos prestavit?* Ita est Sicut enim inobedientia Adami complectitur omne demeritum, ut loquuntur, & inde resultantem inefficaciam: ita obedientia Christi complectitur omne meritum, & inde dependentem efficaciam. Quæ causa est, quod hæc duo Rom. 5. conjunguntur.

10. *Quomodo iustitia Christi concurrat ad nostri iustificationem?* Iustitia Christi alia est personæ, alia meriti. Iustitia personæ Christi est partim divina, seu essentialis deitatis, partim formalis seu habitualis & actualis, humanitatis. Iustitia meriti seu *ἀρετῆς* est tota obedientia humiliationis ab articulo conceptionis usque ad mortem crucis. Omnis hæc iustitia requiritur ad nostri iustificationem. Nam iustitia personæ tota, quanta quanta est, requiritur partim ut causa efficiens, partim ut causa sine qua non iustitiæ nostræ. Oportebat enim mediatorem nostrum esse Deum & hominem iustum, ut iustitiam nobis mereri & conferre posset. Deinde iustitia meriti, seu satisfactio Christi pro nobis, est causa materialis nostræ iustitiæ, hoc est, res ea, quæ ad  
justi-

itiam nobis  
la meritoria

ii. Cuius Sc  
et in sanguin

scriptura nolo  
ffiones mor

meritum:  
ens sub com

cedentes gr  
nenta, & con

in ipsa incarn  
recepta factu

us paupertat  
rementa fuer

peurs exegit  
olis, iræ Dei

summatio de  
quando spirit

ummatum ef  
Esa. 53 & Phi

ta meritum, q  
su Christus

quasi peculiar  
est; quia in

ficientia conf  
tia humilia

ec fuisset sat  
oni, morte m

qua Christi o  
ficiens, nequ

justitiam nobis imputatur: & proinde est  
causa meritoria justificationis nostræ.

II. *Cur Scriptura iustitiam nobis mon-  
stret in sanguine, cruce, & morte Christi?*  
Scriptura nō loquitur exclusivè, quasi per-  
pessiones mortē antegressæ non pertineant  
ad meritum: sed synecdochicè, comple-  
ctens sub complemento λύτρου omnes an-  
tecedentes gradus, hoc est, initium, incre-  
menta, & consummationem. Initium fuit  
in ipsa incarnatione, quando forma servi  
accepta factus est pauper propter nos, ut e-  
jus paupertate ditesceremus. 2. Cor. 5. In-  
crementa fuerunt in tota viâ, quam in per-  
petuis exegit miserijs, tentationibus, peri-  
culis, iræ Dei obnoxius propter nos. Con-  
summatio denique fuit in morte & cruce,  
quando spiritū emittens exclamavit, *Con-  
summatum est*. Hæc omnia conjunguntur,  
*Esa. 53 & Philip. 2*. Cæterum quod Scriptu-  
ra meritum, quod toto obedientiæ suæ cur-  
su Christus nobis acquisivit morti ejus  
quasi peculiare ac proprium adscribat, cau-  
sa est; quia in sola Christi morte meriti suf-  
ficientia consistit. Nam sine morte obedi-  
entia humiliationis non fuisset absoluta,  
nec fuisset satisfactum divinæ commina-  
tioni, *morte moreris*. Sine morte igitur re-  
liqua Christi obediētia fuisset meritum in-  
sufficiens, neque nobis profuisset.

12. *An obedientia Christi actiua aliquo etiam modo & respectu in meriti rationem veniat?* Sic est. Nam obedientia Christi actiua consideratur duobus modis. 1. vt conformitas cum lege; & sic est iustitia personæ mediatoris, qui partim vt homo, partim vt Israelita debuit Deo obedientiam. 2. vt seruitus Spontanea legis, cum nostra causa Christus sponte se fecit obnoxium; & sic ad meritum pertinet. Sic spontanea seruitus est, quod proximo seruiuit, quod est circumcisis, quod subiectus fuit parentibus, quod Cæsari didrachmum soluit, &c. cum esset proximi, circumcisionis, parentum, Cæsaris, &c. dominus. De hac seruitute legis ait Apostolus: Deus emisit Filium suum factum ex muliere. *factum legi obnoxium, &c Gal. 4.* Ita ergo Christus totius legis seruus factus est propter nos, vt nos à seruitute, coactione, & damnatione legis redimeret.

13. *An obedientia, qua Christus speciali voluntati Patris sui obtemperauit, communi lege fuerit mandata?* N. Nam illa obedientia à Christo tanquam à mediatore & θεου θρωνον est præstita. Vnde nihil mirum est, quod hac tanta obedientia impetravit, vt nobis plena legis impletio impureretur.

14. An

14. An iustitia  
angelicè iust  
ia iustus es  
ruitur sente  
que est par  
tificatur, a  
terioriam?  
legat spon  
ibi impurata  
iam.

15. An iustitia  
ior iustifica  
ur iustitia F  
iolam impu  
ta propria, q  
6. Qua sit  
iustificatione  
17. Qua  
satis  
partim in me  
stram.

18. An s  
nbi, aut op  
affirmatur.  
jus posteri ce  
tus & omni  
coram Deo.  
tic, nos in ill

14. *An sua iustitia iustus ce. seatur, qui euangelicè iustificatur, sicut is propria iustitia iustus est, qui legaliter iustificatur?* Statuitur sententia affirmatiua. Nam utrobique est par ratio. Sicut enim, qui legaliter iustificatur, allegat suam iustitiam tanquã meritoriam: ita qui euangelicè iustificatur allegat sponsoris sui iustitiam, adeoque sibi imputatam, i tidem tanquam meritoriam.

15. *An iustificatio euangelica sit præstãtior iustificatione legali?* A Nam ibi allegatur iustitia Filij DEI, quæ sit nostra per gratiosam imputationem: hic allegatur iustitia propria, quæ est nudæ creaturæ.

16. *Qua sit causa impellens πρὸς τὴν iustificationis?* Sola Dei misericordia.

17. *Qua sit causa impellens πρὸς τὴν satisfactionis?* Satisfactio Christi nobis applicata partim in mentè Dei, partim per fidem nostram.

18. *An satisfactio Christi sit qualitas in nobis, aut opus à nobis præstitum?* Posterius affirmatur. Sicut enim Adam & omnes eius posterii censentur vna persona: ita Christus & omnes credentes sunt vna persona coram Deo. Itaque quod Christus præstitit, nos in illo præstitimus.

19. Quos

19. *Quo modo satisfieri possit DE O?*  
 Duobus; per obedientiam, vel per pœnam.  
 Obedientia violata, homo peccator tene-  
 tur ad satisfactionem per pœnam. Hac per-  
 soluta cessat esse peccator, & obligatur ad  
 obedientiam, non eam, pro cuius violatio-  
 ne satisfecit per pœnam, sed ad aliam no-  
 uam: vel si hanc rursus violet, ad nouam  
 pœnam.

20. *An homo ante lapsum ad obedi-  
 entiam & pœnam simul fuerit obligatus? N.*  
 Nam fuit obligatus aut ad obedientiam,  
 aut ad pœnam, si non obediret.

21. *An homo lapsus, sit obligatus ad ob-  
 edientiam & pœnam simul? Sic est.* Nam pri-  
 mo obligatur ad pœnam tanquam trans-  
 gressor legis. Deinde obligatur ad obedi-  
 entiam nouam.

22. *An noua illa obedientia, ad quam  
 obligatur homo, pro quo Christus est mor-  
 tuus, sit meritoria? N.* Est enim imperfecta.  
 Ista vero imperfectio tegitur merito Chri-  
 sti.

23. *An unus homo pro omnibus potuerit  
 satisfacere? Nudus homo non potuit.* Atq;  
 hæc causa est, quod mediatorem nostrum  
 oportuit esse Deum & hominem simul.

24. *Verum iustificemur fide, an operibus?  
 Prius affirmatur ex Rom. 3. & 4.*

25. *Quid*

QVA

25. *Quid sit*

Fides est

Itaq;

fecto est ig

mod appreh

quomodo i

ificari, excl

imus vnus

de satis ad no

26. *Qua*

rganæ? Ver

ti, & alia ad

id iustitiam

27. *Cur*

peribus?

quantur iust

iustificandus

cludit opera

ec.

28. *Ang*

enim iustific

ti: tamen

tura.

29. *An i*

gradibus? Si

te sua nos iust

iustitiam C

tris erigit

iustos pronu

sentiamus.

25. *Quid sit iustificari fide, & quidem sola?* Fides est causa organica justificationis nostræ. Itaque non iustificat vi sua, quæ profecto est ignobilis: sed vi objecti sui, quod apprehendit, id est, vi meriti Christi. Quomodo itaq; dicimus, nos sola fide iustificari, excludimus merita operum, & statuimus vnum Christi meritum esse abunde satis ad nos iustificandos.

26. *Quonam sint externa iustificationis organa?* Verbum, sacramenta, doctores verbi, & alia adminicula, quibus perducimur ad iustitiam Christi nobis applicandam.

27. *Cur non possimus iustificari bonis operibus?* Quia sunt imperfecta; quia sequuntur iustificatum, non vero præcedunt iustificandum; quia meritum Christi excludit opera nostra tanquam meritoria, &c.

28. *An gratis iustificemur?* Sic est. Etsi enim iustificamur propter meritum Christi: tamen applicatio istius meriti est gratuita.

29. *An iustificatio nostri constet duobus gradibus?* Sic est. Nam Deus primo in mente sua nos iustos censet, imputando nobis iustitiam Christi: deinde in cordibus nostris erigit thronum misericordiæ, & nos iustos pronuntiat, siue absolvit nos, vt hoc sentiamus.

30. *An*

30. *An fides iustificans possit esse sola? N.*  
Semper enim ex se parit bona opera, secun-  
dum plus & minus

CAPVT XXXIII.

*De Sanctificatione.*

I.

**Q**uid sit sanctificatio? Est actio Dei, qua ille sanctitatem in regeneratione nobis datam dirigit ad bona opera.

2. *Qua sint partes sanctificationis? Mor-*  
tificatio veteris, & viuificatio noui homi-  
nis.

3. *An homo irregenitus, totus sit caro?*  
N. Si enim totus esset caro, veritas illa, quae  
impij deinent in iniustitia, item lumen na-  
turae, conscientia accusans & excusans, co-  
gnitio legis qua conuincuntur homines  
peccatorum suorum, & similia DE I dona  
nomine carnis venirent. Id autem fieri non  
potest; cum sint bona, & carni aduersa.  
Quid vero, inquis, si illa non sunt caro,  
sunt Spiritus? R. In homine regenito sunt  
haec duo principia: ac in homine irregenito  
sunt alia duo, videlicet τὸ αἰλογον ἢ τὸ λογικόν  
seu τὸ ἡγεμονικόν, id est, pars sensiti-  
ua, quae complectitur appetitum & affe-  
ctum sensitiuum, & pars rationalis. Hinc  
jam



jam est facilis resolutio. propositæ quæstio-  
nis.

4. *An renatus in eodem actu interdum  
peccet & non peccet?* Ita est. Nam aliquan-  
do precamur v. g. & in precatatione vna ea-  
demque peccamus & non peccamus. Ni-  
mirum homo renatus facit bonum opus,  
operante spiritu regenerationis, & dum fa-  
cit istud opus bonum, peccare potest, vi-  
ctus concupiscentia carnis, quiescente spi-  
ritu regenerationis, eodemque peccatum  
non detestante: nisi ante peccatum, cum  
non dum voluntatis consensus accessit sua-  
sione concupiscentiæ, & post peccatum, v-  
bi reuixit Spiritus.

5. *An in eodem actu minus peccet homo  
regentis, quam is in quo peccatum regnat?*  
N. Actionis enim vitium & prauitas ex vo-  
luntatis in peccatum vehementi consensu  
est dijudicanda. Vehementius autem fer-  
tur in peccatum, qui Spiritus sancti contra  
concupiscentis actum reijcit, & carnis con-  
cupiscentiam sectatur, quam qui carnis con-  
cupiscentia sola oppugnatus eidem tan-  
dem cedit. Sic longe grauius fuit peccatum  
Davidis adulterium & homicidium com-  
mittentis, quam gentilis cuiusuis eadem  
peccata perpetrantis: quemadmodum gra-  
uius peccarunt Bethzaiditæ & Corazitæ  
quam

quam ciues Tyri & Sidonis, propterea quod peccantes pluribus rebus a peccato perpetrando impedire valentibus restitere quam isti.

6. *Quid sint bona opera?* Sunt fructus fidei, consentientes cum lege DEI, & ipsius gloriæ seruientes. Hinc patet virtutes & actiones moraliter bonas: quibus ethnici & hypocritæ sunt præditi, non posse appellari bona opera, prout illa hic considerantur.

7. *An bona opera nihil promereantur?* Nihil prorsus. Sunt enim debita, & imperfecta.

8. *An fides sit bonum opus?* Fides est habitus, & proinde toto genere differt ab opere bono. Sunt enim in diuersis categorijs. At fidei actus est bonum opus.

9. *An fides, prout sumitur pro fiducia in Deo, sit abolenda in altera vita?* N. Hæc siquidem fiducia est opus bonum, quod creatura rationalis, & nominatim homo redemptus, Deo debet: illa jure creationis: iste jure redemptionis.

10. *An bona opera pertineant simul ad sanctificationem & glorificationem?* A. vid. quatenus sanctificatio est inchoata glorificatio, & glorificatio est consummata sanctificatio.

11. *An omnia bona opera, quorum usus*

QUEST  
 est in ha  
 atern  
 moderant  
 animalis.  
 mutatiua.  
 An bon  
 urum ang  
 ur de ijs vi  
 im rationa  
 13. De qu  
 aant moue  
 muni? De  
 de votis, d  
 mosynis, d  
 que breuit  
 14. An or  
 tac. Nam  
 um, secund  
 15. An se  
 sam ille es  
 omniscius, &  
 ia inesse d  
 hoc cultu  
 16. An fi  
 vii Deus si  
 nostra dign  
 17. An  
 mine media  
 Christo aq

*Q* locus est in hac vita, locum sine habitu-  
ra in vita aeterna? N. Cessabunt enim illa,  
quæ moderantur objecta & actiones hujus  
vitæ animalis. e. g. justitia distributiva &  
commutativa, gratitudo, urbanitas, &c.

12. *An bona opera piorum hominum &  
bonorum angelorum differant specie? Ne-*  
gatur de ijs virtutibus, quæ respiciunt ani-  
mam rationalem.

13. *De quibus potissimum bonis operibus  
soleant moveri quæstiones practica in vita  
communi? De sequentibus hisce. De oratio-*  
ne, de votis, de juramento, de jejuniis, de e-  
leemosynis, & de tolerantia crucis. De his  
itaque breuiter agemus.

14. *An oratio sit præcepta in decalogo?*  
Sane. Nam pertinet ad præceptum pri-  
mum, secundum, tertium, & quartum.

15. *An solus Deus sit religiose orandus?*  
Nam ille est omnipræsens, omnipotens,  
omniscius, & ipsa misericordia. Quæ om-  
nia inesse debent illi, qui ab vniuersa eccle-  
sia hoc cultu religioso est afficiendus.

16. *An fiducia nostræ dignitatis aut me-  
riti Deus sit precandus? N. quia nulla est  
nostra dignitas, nulla merita.*

17. *An Christus sit inuocandus in no-  
mine mediatoris? Ita est. Debemus enim  
Christo æquè præsentare meritum ejus in  
precibus*

precibus nostris, atque Patri & Spiritui  
sancto.

18. *Cui sint vota nuncupanda? Soli Deo.*  
Vota siquidem sunt promissiones, quæ fiunt  
illi qui est καρδιωγῶσης, & vindex omni-  
potens, & pater super omnia benignus.

19. *Quanam sint vota legitima? Quæ*  
Deus verbo suo præscripsit & circumsci-  
psit: & proinde, quæ fiunt Deo vni & trino,  
secundum legem ipsius, in veritate, judi-  
cio, & iustitia.

20. *An vota illegitima sint seruanda?*  
N quia nullam habent vim obligandi con-  
scientiam.

21. *Quid de votis Papistarum sit statuen-  
dum? Alia sunt perpetua, vt tria vota mona-  
chorum, nempe paupertatis voluntariæ, o-  
bedientiæ regularis, & perpetuæ continen-  
tiæ: alia certi temporis, vt votum peregrina-  
tionis religiosæ, abstinentiæ à certis ci-  
borum generibus, inuocationis sancto-  
rum, venerationis reliquiarum ac imagi-  
num. In quibus cernitur vel manifesta ido-  
latria, vel veterum Iudaicorum κακοζή-  
λεια, vel magna temeritas.*

22. *An licet homini Christiano iurare?*  
Licet, si necessitas postulet.

23. *Quomodo sit iurandum? In veritate,  
iudicio, & iustitia.*

24. *An*

QVA

24. An

24. N. N.

24. soli Deo

25. An i

25. vandum

25. es legitim

26. An i

26. quia nul

27. An i

27. um? Potel

27. ellarium. S

27. erato cult

27. til' o hypoc

28. An ele

28. quia nullur

29. An o

29. emosyna? A

29. vigeat. Tu

29. si, occidisti

30. An em

30. Ea enim p

30. Christum

31. Cur D

31. robet, e

31. dat; impio

31. tter.

32. An aff

32. peccati? N.

32. fecit.

24. *An liceat iurare per sancta Euan-  
gelia?* N. Nam hic honor debetur imme-  
diate soli Deo:

25. *An iuramentum latroni factum, sit  
servandum?* Affirmatur; si habeat conditi-  
ones legitimi iuramenti.

26. *An iuramenta impia sint servanda?*  
N. quia nullam habent vim obligatoriam.

27. *An ieiunium Christianis sit necessa-  
rium?* Potest incidere casus, in quo sit ne-  
cessarium. Sed cavendum est, ne in opere  
operato cultum vel meritum ponamus,  
aut illo hypocritice defungamur.

28. *An eleemosina sit opus meritorium?*  
N. quia nullum bonum opus est tale.

29. *An omnibus petentibus danda sit  
eleemosyna?* Affirmatur, si extrema necessi-  
tas urgeat. Tum enim valet illud: *Si non pa-  
uisti, occidisti.*

30. *An omnis afflictio rectè dicatur crux?*  
N. Ea enim propriè sic dicitur, quam pro-  
pter Christum crucifixum ferimus.

31. *Cur Deus affligat suos?* Vt illos casti-  
get, probet, exerceat, Christo conformes  
reddat; impios confundat; suam gloriam il-  
lustret.

32. *An afflictiones nostra sint satisfactio  
pro peccatis?* N. quia solus Christus pro illis  
satisfactio fecit.

33. *An afflictiones etiam alias creaturas attingant, quam homines? Ita est. Nam creaturæ irrationales, ut equi, boues &c. nō solum obnoxia sunt vanitati ministerij, sed etiam afflictionis.*

34. *Qua rationes nos ad crucem patienter ferendam impellere debeant? Voluntas patris nostri cœlestis, exemplum Christi & sanctorum, denique infinita crucis utilitas.*

## CAPVT XXXIV.

### De Libertate Christiana.

#### I.

**Q**uid sit libertas in genere? Est status ingenuorum. Ingenui autem dicuntur, qui non sunt obnoxij seruili conditioni, neque etiam præditi sunt seruili ingenio. Suntque tales vel nati, vel facti. Qui liberi, seu ingenui sunt nati, illi nunquam serui erunt: quales se profitebantur iudæi *Iob. 8. v. 33.* Qui vero desierunt esse serui, & quos ille domini ex justa seruitute manu miserunt, illi proprie dicuntur liberti: Nostra spiritualis libertas consistit in manumissione & liberatione. Neque enim nos nascimur liberi, sed fimus liberi. Proinde nullus Christianus est mere ingenuus, sed libertus, id est, factus ingenuus.

2. *Vnde libertatis natura rectissime cog-  
no/ci queat? Ex suo contrario, quod est ser-  
uitus. i. e. status & conditio vilis ac miseræ  
subiectionis. Cæterum seruitus spiritualis,  
cui homo est subiectus non est vna. Post-  
quam enim excidit statu libertatis natura-  
lis, quam habebat in statu innocentia, fa-  
ctus est seruus peccati, legis, & diaboli. cui  
accedit seruitus vanitatis ac miseræ multi-  
plicis, nominatim mortis. Huic multiplici  
seruituti opponitur libertas Christiana, ea-  
que tum gratiæ, tum gloriæ.*

3. *Quanam sit fidelium libertas in utro-  
que testamento? Quod sunt liberi à justifica-  
tione, maledictione & regido postularo le-  
gis? item à dominatione & damnatione  
peccati; deniq; ab onere traditionum hu-  
manarum & impiorum mandatorum.*

4. *Quanam sit libertas propria fidelium  
N. T.? Ea posita est in duobus. Liberi enim  
sumus à seruitute œconomica legis cere-  
monialis, & à necessaria obseruatione re-  
rum indifferentium.*

5. *An cum libertate Christiana pugnet  
seruitus politica? N. Est enim alterius for-*

6. *An libertas natura pertineat ad li-  
bertatem Christianam? N. Nam illa fluit ex  
creatione, hæc ex justificatione.*

7. *An simus liberati à legis obserua-*

L. 2. one? :

*tionem?* N. Nam legibus seruire, libertas est non seruire, licentia. Est itaq; pars libertatis Christianæ, quod Spiritu sancto donati, conamur magis magisque implere & voluntatem Dei.

8. *An simus liberati ab inhabitatione peccati?* N. exemplo Apostoli Pauli Rom 7. ubi loquitur de se tanquam regenito, & fuisse ostendit, nobis in hac vita peccatum adiacere, in nobis inhabitare, & interdum etiam ad tempus in nobis regnare.

9. *An simus liberati à dominio peccati?* Sic est. Etsi enim peccatum interdum nos prosternit, & caro superat Spiritum: tamen hosti adempta est victoria, & regnum carnis non est totale, aut finale.

10. *An plane in hac vita simus liberati à reatu peccati?* A. Nam liberatio seu libertas à peccati reatu acquiritur per remissionem peccatorum, quæ est perfecta & omnibus numeris absoluta: liberatio seu libertas à peccati dominatu, per mortificationem carnis & viuificationem Spiritus, seu per sanctificationem, quæ in hac vita solum inchoatur: denique liberatio seu libertas ab inhabitatione peccati, acquiritur per glorificationem.

11. *Quatenus legibus hominum subiecti esse debeamus? Quatenus consentiunt cum lege?*



lege naturæ, & verbo Dei non repugnant.

12. *An simus liberi ab observatione omnium traditionū?* N. Nā traditiones sunt vel consentaneæ, vel dissentaneæ verbo Dei. Illæ obligant conscientiam, hæ secus. Deinde traditiones ecclesiasticæ nos obligant, ex hypothese ædificationis ecclesiæ.

13. *An simus liberi ab omnium, ceremoniarum observatione?* N. Nam ceremonie sunt legitimæ, vel superstitiosæ: & illæ rursus sunt Mosaicæ, à Christo institutæ, vel ecclesiasticæ. Sumus liberi ab observatione ceremoniarum Mosaicarum & superstitiosarum. Alia est ratio ceremoniarum à Christo & ecclesia institutarum. Nam illæ simpliciter nos ligant: hæ secundum quid, quatenus faciunt ad ædificationem.

14. *Quomodo simus liberati ab observatione ceremoniarum V. T.?* Quantum ad significationem typicam seu mysticam, pædagogiam Leviticam, ob signationem, & contestationem. Itaque in solidum sunt sublata istæ ceremonie.

15. *Quando cœperint è medio tolli ceremonia V. T.?* Per mortum Christi mortuæ sunt & euacuatae. Ab illo autem tempore usque ad plenam Evangelii propagationem & destructionem politicæ Iudaicæ fuerunt cum honore sepeliendæ. Inque mors illa-

rum incidit cum morte Christi: sepultura,  
cum excidio urbis & templi.

16. *An dentur res adioph. ra, seu indif-  
ferentes? Omnino. Nam res indifferentes  
sunt quæ quidem in se spectatae bonæ sunt,  
verum ita, ut sint obnoxiaæ vsui & abusu.*

17. *Quomodo simus liberi ab exercitio  
& usu rerum indifferentium? Ita, ut possi-  
mus illas tuta conscientia facere, vel omit-  
tere, præeunte sc. canone fidei & charitatis.*

18. *An libertate hac uti possint, qui non-  
dum sunt de ea instituti & certi? N. Quid-  
quid enim non fit ex fide, peccatum est.*

19. *An semper ista libertas Christiana  
parte utentur, qui de ea satis sunt edocti?  
N. Oportet enim hic respicere in gloriam  
Dei, propriam conscientiam, & proximi-  
tum infirmum malitiosi ædificationem.*

10. *Quare libertas Christiana tuenda?  
Quia est insigne beneficium Christi, & pri-  
mum legium ecclesiae.*

## CAPVT XXXV.

### De Adoptione.

#### I.

**Q**uem locum inter beneficia fœderis gra-  
tuiti obtineat adoptio? In intentione  
Dei Patris obtinet locum primum, in exe-  
cutio-

QVAE

ratione v. in  
primum est

excutione

2. Qui

ratio Dei qua

filio suo v

nos sibi dil

per fidem.

v. s.

3. Quo

Tres. Prim

v. c. secund

hac vita, qu

v. 26. tertiu

hanc vitam

4. Ang

vita: S. cest

consumma

5. Qui

v. 14. 15. 16.

testatur v

los Dei.

6. Qu

Cum prin

dem.

7. Qua

Quod sur

Christi.

8. An

cutione vitimum, juxta regulam: Quod primum est in intentione, est vltimum in executione, & vicissim.

2. *Qui sit adoptio filiorum Dei?* Est actio Dei qua ille nos ita delexit in Christo, Filio suo vnigenito, vt ex hostibus fecerit nos sibi dilectos filios & hæredes, idque per fidem. Gal. 3. v. 26. c. 4. v. 4. 5. 6. Eph. 1. v. 5.

3. *Quot sint gradus adoptionis huius?* Tres. Primus est in æterno decreto. Eph. 1. v. 5. secundus, in executione decreti, in hac vita, qui fit per fidem I. h. 1. v. 12. Gal 3. v. 26. tertius, in executione decreti, post hanc vitam 1. Ioh. 3. v. 2.

4. *An gloria adeptiois incipiat in hac vita?* Sic est. Nam adeptio est inchoata, vel consummata.

5. *Quid sit Spiritus adoptionis Rom. 8. v. 14. 15. 16.?* Est ipse Spiritus sanctus, qui testatur vna cum Spiritu nostro, nos esse filios Dei.

6. *Quando hac adeptio actu incipiat?* Cum primum accipimus Spiritum S. & fidem.

7. *Quanam sint privilegia filiorum Dei?* Quod sunt hæredes Dei, & cohæredes Christi.

8. *An crux pugnet cum gloria adoptio-*

L 4 nis?

*ni?* Non pugnat. Nam ita est. ut ait ap-  
 stoles, in his omnibus ὑπερβικῶμεν: & ut  
 idem ait momentaneæ huius seculi passio-  
 nes operantur superabundum pondus glo-  
 riæ.

9. *Cur Deus filios suos castiget?* Quia  
 proprium est boni patris, filium, quem a-  
 mat, castigare, si opus sit.

10. *Quanam sint signa facta adoptionis?*  
 Tria: ista: gaudium ineffabile, gemitus ine-  
 narrabiles, & imitatio patris ælestis.

## CAPVT XXXVI.

### De Ministerio Verbi.

#### I.

**Q**uibus externis mediis Deus ordinariè  
 utatur ad significandam, obsignan-  
 dam & perficiendam in nobis liberatio-  
 nem? Duobus: puta ministerio verbi & sa-  
 cramentorum. Qui quidem duo modi ex-  
 terne docendi ecclesiam iude ab initio  
 mundi obtinuerunt in ecclesia, etiam ante  
 lapsum.

2. *Cur Deus duobus modis, altero visi-  
 bili, audibili altero, ecclesiam institui vo-  
 luerit?* Quia sensus isti duo, auditus & vi-  
 sus, sunt λογικῶτατοι, & ad discendum ac-  
 commodatissimi præsertim si rite conjun-  
 gan-

QVA

atur, & pla-  
 tum discen-3. Quomo-  
 menta? I-  
 cultus.4. Quom-  
 menta: M-accedit, &  
 tendam; fac-ad fidem in  
 ad cum lite-

venso recte c-

5. Quan-  
 verbi. In pot-6. Quid  
 desit, à Ch-

tum aperiatu-

nem verbi, &amp;

7. Qual-  
 desit? Miail-

i tonicam

8. An p-  
 v, T? Fuit.

entia, seu v-

iplinæ. Vtr-

9. Vsm  
 quem sit? C-

desiam Ma-

laiter, pene-

gantur, & plane occupentur tum docendo, tum discendo.

3. *Quomodo conueniant verbum & sacramenta?* Ipso fundamento, quod est Christus.

4. *Quomodo differant verbum & sacramenta?* Modo & ordine. Nam verbum præcedit, & facit ad fidem in nobis accendendam; sacramenta sequuntur, & faciunt ad fidem in nobis confirmandam. Hinc illud cum literis, ista cum sigillo literis appenso recte comparantur.

5. *Quanam in re consistat ministerium verbi.* In potestate clauium.

6. *Quid sit potestas clauium?* Est, jus ecclesie, à Christo datum, vt regnum celorum aperiat & claudatur per prædicationem verbi, & disciplinam legitimam.

7. *Qualis & quanta sit illa potestas ecclesie?* Ministerialis. Nam potestatem archiepiscopalem habet solus Christus.

8. *An potestas clauium etiam fuerit in V. T.?* Fuit. Nam clavis ecclesie alia est scientie, seu verbi legis & Euangelij; alia discipline. Vtraque clavis fuit in V. T.

9. *Vsus utriusque huius clavis penes quem sit?* Communiter est penes totam ecclesiam *Matth. 18. v. 15. Hebr. 3. v. 13.* singulariter, penes ministros siue pastores ecclesie

L S hæ

siæ, *Matth. 16. vers. 19. Iohan. 20. vers. 22.*

10. *Quid significet traditio clauium?*  
Ista quatuor. 1. supremum dominium tum dantis, tum accipientis: quomodo Christus à patre accepit clauem Dauidis *Esa. 22. v. 22. Apoc. 3. v. 7. 2.* dominationem illius, qui clauem accipit, & subjectionem illius, qui clauem tradit: vt quando regi urbem subditam ingredienti traditur clauis. 3. acquisitionem Dominiij, non vero dominationem: vt quando venditor domus tradit emtori clauem: atque huiusmodi traditis clauibus possessio tradita intelligitur, vt aiunt i. 4. munus aut ministerium, non vero dominationem, aut dominium: vt cum quaestori traditur clauis ærarij à repub. & cum paterfamilias condũ promum instituẽs, cellę penuariæ clauem ei tradit. In qua postrema significatione traditio clauis est indicium vel publici muneris, vt in priori exemplo, vel ministerij, vt in posteriori.

11. *Quomodo Christus clauem regni caelorum tradiderit Petro?* Ita vt illas voluerit esse symbolum muneris & ministerij: adeoque potestatis, non summæ, sed subdelegatæ & ministerialis.

12. *An soli Petro sint data clauem regni caelorum?* N. Hæc siquidem potestas est ecclesiæ, & nominatim pastorum legitimo-

rum

um, quocumque

praxi peiper

Matth. 16

13. Quid si

ecclesiæ? N

dem spect

ne potestas

celorum. N

ligandi, q

si supremo

si, cui jurisd

que lictori. C

vendi & liga

ialis, confi

executione

14. Quia

qua remissio

nuntiatur p

bus, à minist

15. An

gerere, qui

et. Nam h

& traditur

16. An

re. Non lice

17. Quo

li? Duplex

Qui duo

Luthero.

rum, quos fuerunt, sunt, & erunt: vt patet ex praxi perpetua ecclesiæ V. & N. T. Confer *Matth. 18. & Ioh. 20.*

13. *Quid sit potestas soluendi & ligandi in ecclesia?* Metaphora soluendi & ligandi eodem spectat, quo metaphora, clauium, siue potestas aperiendi & claudēdi regnum cœlorum. Nam alia est potestas soluendi & ligandi, quæ regi competit aut magistratui supremo; alia, quæ magistratui inferiori, cui iurisdictio est demandata; alia item, quæ licitori. Quod atinet ad potestatem soluendi & ligandi in ecclesia, illa est ministerialis, consistens in prædicatione verbi, & executione seu administratione disciplinæ.

14. *Quid sit clavis verbi?* Est potestas, qua remissio vel retentio peccatorum annuntiatur pœnitentibus vel impœnitentibus, à ministro verbi Dei.

15. *An ulli liceat se pro ministro ecclesiæ gerere, qui non est legitime vocatus?* Non licet. Nam hoc modo introducitur ἀταξία, & læditur conscientia; vt alia præteream.

16. *An fœminis liceat sacra administrare?* Non licet: vt patet ex praxi V. & N. T.

17. *Quotuplex sit vocatio doctorum verbi?* Duplex; ordinaria, & extraordinaria. Qui duo modi possunt concurrere, vt in *Luthero.*

18. *Penes quos sit ius vocandi ecclesiam doctores? Penes ipsam ecclesiam: & nominatim penes presbyterium & primum magistratum.*

19. *Quales ecclesiam ministri sint vocandi? Qui præditi sunt voluntate & facultate docendi & regendi ecclesiam.*

20. *Quomodo vocatio ista suscipienda, & fungenda? Suscipiatur in timore Dei, prævio examine vocationis internæ: & postquam suscepta fuerit, fidelitas & fortitudo spiritalis adhibeatur.*

21. *Quid hoc loco sit vocatio internæ? Impetus, stimulus, & inclinatio vehemens, quam quis sentit in corde suo. Hæc nimirum est vox Dei jubentis suscipere vocationem externam.*

22. *Quando, & quomodo mutanda sit vocatio externa? Si gloria Dei, & alterius ecclesie ædificatio urgeant, vocatio potest mutari, verum ita ut prius prospiciatur ecclesie, cui seruiimus.*

23. *An & quando sit deponenda hæc vocatio? Si vel nostra infirmitas, vel ecclesie status id postulet.*

24. *Quomodo sint vocandi ecclesie ministri? Solemniter, & in timore Domini.*

25. *Quo ritu ordinandi sint ministri? Quo qui receptus est in ecclesia.*

26. Si

QVA

26. Si pl  
es quod ju  
st conle  
videns, in  
quibus cir  
ta.

27. Q  
fica V.T.  
fuerunt p  
dores, &  
Quod att  
rum hiera  
tura est a  
ficata.

28. Q  
N.T.? Ti  
tempore C  
los, & LX  
dubio fue  
ecclesia ap  
narij eccle  
sationem  
nationem  
prima cla  
cunda, ser  
coni. Ext  
pheta &  
in eccles  
pliciter i



26. Si plures simul offerantur vocatio-  
nes quod sit opus factum? Primo excutienda  
est conscientia. deinde iustituenda collatio  
prudens, in consilium adhibitis viris pijs,  
quibus circumstantiæ omnes sunt perspe-  
ctæ.

27. Qualis fuerit hierarchia ecclesi-  
astica V.T.? Ordinarij ministri ecclesiæ ibi  
fuerunt pij patriarchæ, primogeniti, sacer-  
dotes, & Levitæ: extraordinarij, Prophetæ.  
Quod attinet, ad sacerdotes & levitas, ipso-  
rum hierarchia magnifica ad modum insti-  
tuta est à Mose, & postea à Davide ampli-  
ficata.

28. Qualis sit hierarchia Ecclesiastica  
N.T.? Tres sunt ipsius gradus | Primus fuit  
tempore Christi, qui constituit XII Aposto-  
los, & LXX discipulos: è quibus illi procul-  
dubio fuerunt superiores. Secundus fuit in  
ecclesia apostolica: vbi constituti sunt ordi-  
narij ecclesiæ ministri quantum ad dispen-  
sationem verbi & sacramentorum, guber-  
nationem morum, & curam pauperum. In  
prima classe sunt pastores & doctores; in se-  
cunda, seniores seu presbyteri, in tertia dia-  
coni. Extraordinarij ministri N. T. sūt Pro-  
phetæ & Evangelistæ. Tertius gradus est  
in ecclesia luxuriante, seu recedente à sim-  
plicitate institutionis apostolicæ. Hæc per-

tinent cardinales patriarche, archiepiscopi, episcopi, chorepiscopi. &c.

29. *Vtrius testamenti minister fuerit Iohannes?* Fuit prodromus Christi, qui administrauit baptismum, sacramentum N. T. proinde fuit minister N. T.

30. *An gradibus discriminati sint ministrorum ordines?* Omnino. Id enim postulat ratio ordinis.

31. *Qua in re sint pares ecclesiae doctores?* Officio sunt pares: donis, & ordine impares.

32. *An sit aliquod ecclesiae regimen?* Omnino. Nam ecclesia Catholica regitur à Christo monarchice: particulares reguntur à pastoribus & presbyteris aristocraticè.

33. *An episcopi & archiepiscopi salua conscientia possint constitui?* Possunt: si maneat in regimine ecclesiastico, & absit affectatio dominij. Videmus enim Titum ab Apostolo Paulo constitutum fuisse episcopum Cretæ: non vnus vtiq; ecclesiae pastorem, sed plurium inspectorem.

34. *Quis dicatur presbyter in N. T.?* Hoc nomen tribuitur i. ipsis pastoribus 2. ijs, qui gubernationi morum praesunt.

35. *An ordo ecclesiasticae hierarchiae sit sacramentum?* N. Est enim impositio manuum, qua pastores fuerunt olim ordinati, quæ-

que hodie  
teribus &  
amentum  
one.

36. An sit  
sit vrg  
um respice  
tinae.

37. An  
ribus, qui  
m? N. Suff

ha ex cano

iusdem pra

38. An  
lesiastica s  
xeribus ci  
nuntur.

39. Qu  
rim tenen

2. operari  
ferre hum

4. persecu  
iri à regib  
tuam ipsa

40. A  
dam docto  
gum testi

41. An  
ecclesia? A

Proceed.

quæque hodie à quibusdam adhibetur, à veteribus & recentioribus appellatur sacramentum; hoc tamen fit in lata significatione.

36. *An successio personalis, eaque continua, sit urgenda in ecclesia?* N. Oportet enim respicere in primis successionem doctrinæ.

37. *An miracula sint exigenda à pastoribus, qui aggrediuntur reformare ecclesiam?* N. Sufficit enim, si illi errores in ecclesia ex canone Scripturæ ostendant, & ex eisdem præscripto ullos sublaturum eant.

38. *An persona ecclesiastica & bona ecclesiastica sint exempta ab oneribus & muneribus civilibus;* Iure positivo rectè eximuntur.

39. *Quid de magno antichristo summarim tenendum;* 1. Ipsum regnare in ecclesia, 2. operari mysterium iniquitatis. 3. præ se ferre humilitatem omnium superbissimã. 4. persecutorem sanctorum esse. 5. desertum iri à regibus & principibus, qui posteritatem suam ipsi tradiderunt.

40. *An in papatu existerint veri quidam doctores ecclesia?* Sic est. Vide catalogum tertium veritatis.

41. *An in papatu servata fuerit vera ecclesia?* Affirmatur ex resolutione quæst. Præced.

42. *Quid*

42. *Quid sit ecclesia representativa?*  
Sic vocatur 1. concilium ecclesiasticum. 2.  
presbyterium ecclesiasticum.

43. *An concilia sint, necessaria?* Sunt: si  
nempe controuersia de fide inter doctores  
vel ecclesias incidant, quæ aliter componi  
non possint.

44. *Quid causa, cur apud multos concilia male audiant?* Quia vel psychotyran-  
nis ab illis fuit exercita, vel conuentus ec-  
clesiasticus absurda metamorphosi muta-  
tus est in politicum.

45. *A Quonam data sit ecclesia potestas concilia habendi?* A Christo. *Matt. 18.*

46. *An Apostoli concilia habuerint?* Ita  
est. Nam quatuor conciliorum Apostoli-  
corum fit mentio in Actis. videl. c. 1. v. 15. c.  
6. c. 15. & c. 21.

47. *Quotuplicia sint concilia?* Sunt diœ-  
cesana, prouincialia, nationalia, vel vniuer-  
salia.

48. *Quando sint cogenda concilia?* Quan-  
do necessitas postulat. Est autem hic du-  
plex necessitas. 1. consuetudo recepta. 2. ex-  
traordinarius aliquis casus. Illa obseruatur  
in cogendis concilijs siue synodis diœcesana-  
nis; hic, in reliquis.

49. *Cuius sit cogere concilia vniuersa-  
lia?* Non pontificis Romani, sed Christiani  
prin-

QVAS

incipis. Id  
axis sex o  
uta Niceni  
ium Const  
nat.

50. An G  
iudices? N. S.  
solum ind  
51. Quin  
Viri docti, c  
amantes.

52. An  
tem delibera  
ecclesiastici  
de laicis, qu  
benaurio co

53. Quo  
lyis solennior  
ecclesiastici

54. An  
Affirmatiu  
num qui in  
tot seculor

55. Penes  
seu decisio  
concilium  
canonem v

56. An  
conscientia  
que verbo L

principis. Id enim rectitudo postulat, & praxis sex œcumenicorum conciliorum, puta Niceni, Ephesini, Chelcedonensis, & trium Constantinopolitanorum, confirmat.

50. *An Qui ad concilia vocantur, sint iudices? N. Sunt enim interpretes Scripturæ, & solum indices veræ sententiæ.*

51. *Quinam vocandi sint ad concilia? Viri docti, exercitati, prudentes, & pacis amantes.*

52. *An omnes in conciliis habeant vocem deliberatiuam? Affirmatur de personis ecclesiasticis, quæ sunt legitime vocatæ; & de laicis, qui propter dona & zelum adhibentur in consilium.*

53. *Quos praesides requirantur in concilijs sollemnioribus? Duo: videl. politicus & ecclesiasticus.*

54. *An concilia generalia possint errare? Affirmatiuam confirmat conditio hominum qui intersuat conciljs, & experientia tot seculorum.*

55. *Penes quem in concilijs sit ius suffragij, seu decisio controversiarum? Penes totum concilium, quatenus ante oculos habet canonem verbi Dei.*

56. *An decreta conciliorum obstringant conscientiam? Obstringunt, si consentanea sint verbo Dei,*

57. *Que*

57. *Qua sit conciliorum œcumenicorum auctoritas? Si sint legitima, est eadem ipsorum auctoritas, quæ ecclesiæ, hoc est, proxima à canone scripturarum.*

58. *An concilium Tridentinum sit legitimum? N. quia non proposuit sibi canonem Scripturæ, sed illi contraria dogmata sanxit.*

59. *Quid faciendum sit, si turbata sit ecclesia eo usque, ut concilio opus sit, & vero magistratus sit infidelis, vel concilium non curet? Precibus est instandum apud Deum & concordia studendum.*

60. *Penes quem sit executio decretorum siue canonum synodicorum? Executio illa est alia civilis, alia ecclesiastica. Civilis est penes magistratum, qui severe quidem, sed tamen absque tyrannide, procurare debet, ut seruentur iuxta decreta synodi. Ecclesiastica est, qua ecclesiæ monentur sui officij, & hæretici, schismatici, atque flagitiosi submouentur ab ecclesiæ communione.*

61. *Quid sit clavis disciplina in ecclesia? Est potestas, qua fratres ob doctrinae aut vitæ impuritatem corripuntur & corriguntur ex præscripto Christi Matth 18.*

62. *An disciplina Christiana sit necessaria in ecclesia? Max. me. Nam Christus illam sanxit Matth. 18. & apostolos usurpavit*

1. Cor. 5. F  
as absque

63. An  
iam fuerit

si fuerun

2. tempor  
synagoga.

64. Qu  
nam eccles

utraque ha  
ad salutem

rum.

65. Qu  
Disciplina

realia, & v  
lica occup

pat gladiu  
culare.

66. N  
neat aliqu  
contrariu

nos, intra

67. Qu  
ca? Est cor

sum grege

68. Qu  
distinguen  
manifesta

69. Qu

vit. I. Cor. 5. Huc accedit, quod nulla societas absque disciplina potest consistere.

63. *An disciplina ecclesiastica in V. T. etiam fuerit exercita?* Sic est. Nam 1. impuri iussi fuerunt abstinere à sacris *Leuit. 10. v. 9. 2. tempore Christi fuit vsitata exclusio ex synagoga. Iohan. 9. v. 22. c. 16. v. 1.*

64. *Qua sit conuenientia inter disciplinam ecclesiasticam & politicam?* Quod utraque habet certos gradus, & adhibetur ad salutem tum vniuersorum, tum singulorum.

65. *Qua sit differentia inter utramque?* Disciplina ecclesiastica versatur circa spiritualia, & vsurpat gladium spirituale: politica occupatur circa *τὰ βιωτικά*, & vsurpat gladium corporalem, seu brachium seculare.

66. *Num disciplina ecclesiastica contineat aliquid muneri magistratus politici contrarium?* N. Habet enim suos terminos, intra quos se continet.

67. *Quotuplex sit disciplina ecclesiastica?* Est communis, vel propria. Illa vniuersum gregem, hæc pastores concernit.

68. *Quomodo propter disciplinam hæc distinguenda sint peccata?* In occulta, & manifesta seu publica.

69. *Quisnam modus sit adhibendus in adme-*

*admonendo ob peccata occulta?* Primo requiritur admonitio solitana, quæ fit absque arbitris. Quod si hæc, subinde repetita, nihil proficiat, adhibendi sunt testes, atque ita veniendum ad sociam admonitionem. Quod si neque huic subinde iteratæ, locum det frater, veniendum est ad presbyterium.

71. *Quid faciendum ministro & ecclesie, si peccatum aliquod sit admissum, & de auctore non constet?* Institucnda est sollicita inquisitio, & singulorum conscientiaë pulsanda pro concione.

72. *Quod si peccator à presbyterio admonitus, à peccato enormi non abstat, sed refractarius maneat, quid sit agendum?* Pastor hanc pertinaciam pro concione semel atque iterum promulgabit. Qua promulgatione si nihil obtineri queat, veniet ecclesia ad excommunicationem.

73. *Quid sit excommunicatio ecclesiastica?* Est pars potestatis clauium, qua notorius, conuictus, & pertinax peccator priuatur signis gratiæ, quæ Deus ecclesie suæ voluit esse peculiaria.

74. *Quotuplex sit excommunicatio?* Duplex: minor, & maior. Illa est abstentio à S. cœna: hæc est ejectio extra ecclesiam, & tres habet gradus; videl. excommunicationem simplicem, anathema, & anathema Maranatha.

75. Quo-

75. Quomodo simplex.

in communionem

& inter

ecclesiam

in vita

in unione ex

quis, quare

in vera eccle

sentorum, &

um, quatenus

in foederis in

in communionem

cluditur exco

eo conuersan

vel ludæo. D

excluditur

gratiæ præfer

contumax p

in præfenti,

tur gratia D

tentiam.

76. An

venas à ter

cludebantur

totius taber

nione: hoc

est in cens

& templum



75. *Quomodo fieri debeat excommunicatio simplex?* Ita, vt peccator excludatur à communionem membrorum Christi externa, & interna: Communio externa est vel mere ecclesiastica, vel conuersationis Christianæ in vita ciuili. Ab ecclesiastica communionem excluditur homo excommunicatus, quatenus ipsi denegantur omnia munera ecclesiastica, participatio sacramentorum, & communio verbi atque precum, quatenus comprehendit tabulas mutui foederis inter DEVM & homines. A communionem Christiana in vita ciuili excluditur excommunicatus, quatenus cum eo conuersamur, sed tanquam cum Turca, vel Iudæo. Denique à communionem interna excluditur excommunicatus respectu gratiæ præsentis, vel futuræ. Nam homo contumax priuatur testimonio fauoris Dei in præsentem, & ipsi conditionaliter denegatur gratia Dei in futuro, si non agat pœnitentiam.

76. *An excommunicatus sit prorsus alienus à templo?* N. Etsi enim in V. T. excluderentur impuri & excommunicati à totius tabernaculi & templi vsu & communionem: hoc tamen in N. T. non trahendum est in consequentiam; quia tabernaculum & templum aliquid sacramentale continebant.

bant. Figurabant siquidem cœlestem patriam. Tale quid non est in nostris templis. Itaque excommunicati recte admittuntur ad auditum verbi DEI, quatenus in eo continentur admonitiones & exhortationes ad fidem & resipiscentiam, & quatenus oratur pro ipsorum conversione. Interim excluduntur ratione fœderis & promissionum euangelj.

77. *Cuius sit se interponere, siquid excommunicatione perperam factum fuerit? Magistratus, & aliæ ecclesiæ hic fungi debent suo munere.*

78. *An liceat provocare à iudicio magistratus? Non licet, si iudicium ecclesiæ sit legitimum.*

79. *Quatenus vitandus sit excommunicatus? Quatenus conversatio nostra ipsam potest reddere obstinatum.*

80. *An iura naturalia per excommunicationem tollantur? N. quia excommunicatio eousque se non extendit. Itaque nec conjugibus sub hoc prætextu licet se separate, nec principes priuantur dignitatibus suis, nec subditi solvuntur juramento fidelitatis.*

81. *Quando excommunicatus, sit recipiendus? Postquam, sibi fecit, seu reconciliatus est ecclesiæ, per publicam & spontaneam poenitentiam,*

82. *An*

82. *An ubi disciplina ecclesiastica non viget, desinat esse ecclesia?* N. Quamdiu enim ecclesia non abijcit tabulas fœderis, retinet suum esse vtut amittat Tò bene esse

83. *An & quatenus sit usurpandum anathematis fulmen.* Aduersus praua dogmata, & eorum pertinaces defensores hic excommunicationis gradus generatim est usurpandus. Gal. 1. v. 8.

84. *Num anathema Maran-atha hodie sit usurpandum?* N. Nam eius vsus est aduersus eos, qui peccant in Spiritum sanctum. Quod peccatum quia ecclesiæ vix certo dignoscere potest, eo gradu excommunicationis vti non solet.

CAPVT XXXVII.

*De Sacramentis in Genere.*

I.

**Q**uomodo usurpetur vox sacramenti in ecclesia? Late, & stricte. Late accipitur pro re Mystica: vt cum lotio pedum à Christo suscepta, impositio manuum, & similes ceremoniæ, imo & ipsi articuli fidei appellantur sacramenta. Stricte significat quatuor sigilla V. & N. T. videl circumcissionem, Pascha, baptismum, & S. cœnam. Rursus in hac significatione sumitur ista

VOX

vox absolute, vel relate. Absolute sacramentum est actio sacra, diuinitus instituta, in qua Deus cōgrua quadam signorum visibilibus & rerum significatarum inuisibilibus analogia, secundum promissionem suam, in verbo institutionis declaratam, salutarem in Christo gratiam animis credentium offert, obsignat & confert, & illi mutua erga ipsum fidem & pietatem testantes, suam à mundo separationem, mutuamque inter sese societatem sancitam profitentur & colunt. Relate sacramentum accipitur nunc pro signo, nunc pro re significata. Illius acceptionis exemplum est, quando dicimus: Panis est sacramentum corporis Christi huius, quando baptismus, internus dicitur esse sacramentum regenerationis; item, quando sacramentis tribuitur efficacia supernaturalis.

2. *Quisnam sit scopus Dei in sacramentis?* Roborare tabulas foederis his velut sigillis appensis.

3. *An idem sint sacramentum & sacrificium?* N. Nam in sacramento Deus nobis offert suam gratiam, in sacrificio nos Deo aliquid offerimus.

4. *An eadem res possit esse sacramentum & sacrificium?* Potest: & quidem duobus modis Nam 1. sacrificium proprie dictum, potest:

Qv  
potest esse la  
rificia illo  
2. sacram  
esse sacrifici  
sacrificium  
um.

5. An in  
articuli? N

6. An so  
nentia? Sic et  
onferre poss  
tuere pote

7. Quale  
tem efficit sa

operatorium  
et mandatu

duobus sym  
dedicantur &  
quatenus mi  
& ordinatio

8. Qualis  
mentis? No

9. An mi

illatur quali  
mponitur.

potest esse sacramentum late dictum: ut sacrificia ἱλαστικὰ V. T. dicuntur sacramenta. 2. sacramentum strictè dictum, potest esse sacrificium late dictum: ut S. Cœna est sacrificium repræsentatiuum & eucharisticum.

5. *An in sacramentis condantur novi articuli?* N. Nam sacramenta sunt appendices articuloꝝum fidei, & ipsorum sigilla.

6. *An solus Deus possit instituere sacramenta?* Sic est. Cum enim ille solus gratiam conferre possit, solus etiam sigilla gratiæ instituere potest.

7. *Quale sit verbum institutionis, quo Deus efficit sacramenta?* Est concionale & operatorium. *Concionale:* quatenus continet mandatum & promissionem, quibus duobus symbola ad usum sacramentalem dedicantur & sanctificantur. *Operatorium:* quatenus minister vi diuinæ institutionis & ordinationis symbola terrena in nouum & meliorem statum transfert.

8. *Qualis contingat mutatio in sacramentis?* Non ratione  $\Phi\acute{\upsilon}\lambda\epsilon\omega\varsigma$ , sed ratione  $\alpha\acute{\iota}\tau\epsilon\omega\varsigma$ . Neque enim mutatur substantia elementorum, aut interna aliqua ipsis instillatur qualitas, sed nouum officium ipsis imponitur.

9. *An minister sacramenti sit coopera-*

M. rursus

*rius Dei?* Non in institutione, sed in dispensatione sacramenti est DEI cooperarius. Nam actio interna est Dei, externa ministri.

10. *An dispensatio sacramenti sit penes solos pastores?* Affirmatur de sacramentis N. T. negatur de V. T. Hic enim quilibet paterfamilias potuit administrare circumcisionem & agnum paschalem. Alia est ratio N. T. ubi Christus prædicationem verbi & administrationem sacramentorum solis pastoribus demandavit *Matth. 28.*

11. *An sanctitas requiratur in ministro sacramenti?* Ratione muneris seu officij requiritur, non vero ratione personæ. Consistit autem sanctitas muneris in eo, ut aliquis sit legitime vocatus ad hoc arduum negotium rite peragendum.

12. *Quisnam sit nucleus sacramentorum fœderis gratia?* Christus mediator.

13. *An omne sacramentum proprie dictum sit signum?* A. Nam sacramentum significat, obsignat, & in legitimo usu exhibet rem cœlestem. Unde patet sacramenta non esse nuda signa.

14. *An analogia in sacramentis sit attendenda?* Omnino. Nisi enim sacramenta haberent similitudinem illarum rerum, quarum sunt sacramenta, ne sacramenta quidem essent.

15. *Qua*

QVA

15. *Qua*  
recte ab licet  
terrestri, &  
re fidei.

16. *An*  
ulo sum seu  
ita se hab  
ationem, &  
ntem non  
Augustinu  
tanquam re  
tem tanqua

17. *Quom*  
sum.

18. *Quom*  
dei, seu anim

19. *An*  
est: siquidem

20. *Qual*  
sideretur, qua

significata. I  
absque fide,  
missioni Dei.

20. *Qual*  
tionalis, hoc  
to Dei cum l

21. *Quare*  
signatarum t

tionem & an

22. *Qualis*  
taymia subje

15. *Quanam sit materia sacramenti?* Ea recte ab Irenæo statuitur duplex: videlicet res terrestris, & cœlestis. Ita obijcitur seufui, hæc fidei.

16. *An signum sacramentale sit miraculosum seu prodigiosum?* N. Nam miracula ita se habent, vt efficiant eiusmodi mutationem, quæ euidēs est sensui. Tale quid autem non est in sacramentis. Recte itaque Augustinus: Sacramenta, inquit, honorem tanquam religiosa habere possent, stuporem tanquam mira non possunt.

17. *Quomodo res terrestris sit prasens?* Ad sensum.

18. *Quomodo res cœlestis sit prasens?* Fidei, seu animæ credenti.

19. *An fides sit de essentia sacramenti?* Est: siquidem sacramentum  $\sigma\omega\acute{o}\lambda\omega\varsigma$  consideretur, quatenus constat ex signo & re significata. Hæc enim non conjunguntur absque fide, quæ nempe respondeat promissioni Dei.

20. *Qualis sit unio sacramentalis?* Patrimonialis, hoc est, eiusmodi, quæ nititur pacto Dei cum homine credente.

21. *Quare in sacramentis nomina rerum signatarum tribuuntur signis?* Propter unionem & analogiam sacramentalem.

22. *Qualis sit tropus in sacramentis?* Metonymia subjecti siue signati. M 2 23.

23. *An tropus deroget sacramentorum veritati & dignitati?* Minime vero; sed vtramq; oppido illustrat. Nam nulla propria locutio potest assequi istam ἐνέργειαν.

24. *An aliquid extra legitimum usum habeat rationem sacramenti?* N. Nam finis ingreditur essendi rationem in omnibus instrumentis, quatenus, sunt talia.

25. *An sacramenta sint instrumenta?* Sunt instrumenta seu organa, non physica, sed θεληνά, per quæ Deus nobis offert & confert gratiam salutarem.

26. *Quenam sit forma sacramenti?* Si sacramentum consideretur conjunctim, ut constat ex re terrestri & cœlesti, forma ipsius integratur actione D E I, ministri, & hominis cui administratur sacramentum. Si vero strictè seu oppositè sumatur, forma consistit in analogia, seu relatione signi ad signatum.

27. *Cur verbum promissionis appelletur forma sacramenti?* Quia est signum forme.

28. *Quomodo differat applicatio promissionis facta in verbo & sacramentis?* In verbo applicatio non est ita specialis ut in sacramentis, ubi signum visibile applicatur singulis individuis.

29. *Quis sit finis sacramentorum?* Proprius & principalis est significare, obsignare, &

& exhibere  
in confirmatio  
ficatio pietatis  
proximum, in  
vera.

30. *Quomodo*  
mitati nostri  
memoria, fid  
candæ & robo

31. *An in*  
promissio  
ta sunt sig  
constat hujus  
issione.

32. *An res*  
sam? N. Qu  
um.

33. *An una*  
fferat specie  
fundamentum  
omnibus sacra  
tus crucifixus.

us in singulis  
nemo non vide  
um. Nimirum  
cia & forma in  
forma externa.  
momenti habet  
merito requirit



re, & exhibere beneficia Christi, adeoq; fidem confirmare: accidentalis est, vt sint testificatio pietatis in Deum & charitatis in proximum, itemque publica professionis tessera.

30. *Quomodo sacramenta conferant infirmitati nostra? Quatenus intelligentiæ, memoriæ, fidei, & pietati nostræ promouendæ & roborandæ seruiunt.*

31. *An in sacramentis sit promissio Dei & repromissio hominis? Ita est. Nam sacramenta sunt sigilla fœderis gratiæ, quod constat huiusmodi promissione & repromissione.*

32. *An res terrestris percipiatur propter seipsam? N. Ordinatur enim ad rem cœlestem.*

33. *An unum sacramentum ab altero differat specie? Si spectetur nucleus siue fundamentum, negatiua est vera. Nam in omnibus sacramentis res cœlestis est Christus crucifixus. Si vero res terrestris, & varij ritus in singulis sacramentis attendantur, nemo non videt esse differentiam specificam. Nimirum sacramenta conueniunt materia & forma interna, differunt materia & forma externa. Quæ res quia plurimum momenti habet in doctrina sacramentaria, merito requirit accuratam tractationem,*

cujus quidem summa; hæc est. Materia externa in sacramentis est signum sacramentale. quod est partim elementum, vt panis in eucharistia; partim ritus siue ceremonia sacramentalis, vt fractio panis. Materia interna est signatum, siue res significata, quæ in quouis sacramento est Christus ratione personæ, vt est mediator; & ratione officij, vt est mediator merito & efficacia; & denique ratione beneficiorum omnium, quæ à merito & efficacia dependent. Forma externa est tota actio, quæ incurrit in sensus. Et hæc variat, vt & materia externa. Forma interna est sacramentalis, vel spiritualis. Illa est analogia seu *quælibet* inter signum & signatum; quæ ipsa quoq; est alia in alijs sacramentis: hæc est actio interna tum Spiritus sancti, tum animæ fidelis. Vtraque in omnibus sacramentis est eadem.

34. *An unio sacramentalis & spiritualis differant?* A. Illa siquidem consistit in *quælibet* seu relatione signi ad signatum: hæc vero posita est in conjunctione rei terrestris & cœlestis.

35. *Quodnam sit fundamentum unionis sacramentalis?* Consecratio ministri, qui rem terrestrem dedicat & sanctificat, vt suscipiat diuinam vocationem.

36. *Quodnam sit fundamentum unionis spiri-*

ritua is in  
parte D  
les.

37. An a  
in vel mor

im v. gra  
et, vt mu

DEI est,  
designat m

em Christ

38. An in  
nat analog

g. in S. C  
sacramen

possit nu

39. An by  
Dexte hoc

sensu, quod

sed isto, que

gnatum, qu

pocritæ acci

pale; quaten

Christianism

ndum sign

40. Quot

mentorum?

persona. 2. a

sunt indigni

sunt fieri ind

caus non re

*Spiritualis in sacramentis?* Illud est duplex: ex parte Dei, promissio; ex parte hominis, fides.

37. *An analogia sacramentaria sit physica vel moralis?* Posterius affirmatur. Est enim v.g. aqua baptismi sua natura hoc habet, ut mundet corpus: tamen ab instituto DEI est, quod illa mundatio significat, & obsignat mundationem animæ per sanguinem Christi.

38. *An in sacramentis reuera locum habeat analogia?* Sic est. Tametsi enim panis v.g. in S. Cœna non nutrit corpus nostrum: hæc tamen est ipsius natura, indoles & vis, ut possit nutrire.

39. *An hypocritæ accipiant nuda signa?* Dextere hoc est accipiendum: non sane hoc sensu, quod nihil accipiunt præter signum; sed isto, quod non accipiant principale signatum, quod est Christus. Alioquin hypocritæ accipiunt signatum minus principale; quatenus sacramenta ipsis sunt tessera Christianismi. Et hoc pacto non accipiunt nudum signum.

40. *Quotuplex sit indignus usus sacramentorum?* Duplex. Est enim indignitas. 1. personæ. 2. actus. Hypocritæ utroq; modo sunt indigni. Ad electos q; attinet, illi possunt fieri indigni quantum ad actum, quatenus non recte se præparant.

41. *An*

41. *An res cœlestis possit accipi ad exitium?* N. Christus enim non accipitur nisi fide: & sic acceptus non potest nō prodelle.

42. *Quomodo res terrestris possit accipi ad exitium?* Quatenus indigne tractatur: quomodo videmus indignam tractationē sceptri, diadematis, aut diplomatis regij redundare in ipsum regem.

### CAPVT XXXVIII.

## *De Sacramentis V. T.*

#### I.

**Q**uomodo conueniant & differant sacramenta V. & N. T.? Conueniunt definitione essentiali, differunt accidentalibus; h. e. nucleo, substantia, & re cœlesti conueniunt, sed modo, re terrestri, ritibus, facilitate, perspicuitate, & similibus circumstantiis differunt.

1. *Quotnam fuerint sacramenta V. T.?* Late sumpta hac voce plura fuerunt quam duo. Nam purificationes, sacrificia, &c. etiam fuerunt sacramenta. Sed strictè non nisi duo fuerunt: videl. circumcisio & agnus paschalis.

3. *An etiam in N. T. habeamus circumcisionem & Pascha?* Sane habemus. At non sunt sacramenta, sed ipse nucleus, quem vetera

tera

QVA

a sacramen  
ificabant.

4. An sa  
in V. T. a

ificia; vt

Cuius re

so? Iusti

am fusio

hristi, qu

circumcisio

circumcisio

6. Quale

so? Initia

clesiam: sic

seu corre

7. Cur in

nati; fuer

stinebant

us: Eo Deu

8. Cur de

9. Quia l

umstantia

9. Cur n

sacramen

amellis aqu

vari? Qui

ificabantu

ut; utpote

nat. Dein

modo videt

etera sacramenta conuenienti analogia significabant.

4. *An sacramenta fœderis gratia fuerint in V. T. ab initio ecclesia? Fuerunt: vid. sacrificia; vt constat ex Gen. 4.*

5. *Cuius rei sacramentum fuerit circumcisio? Iustificationis, & sanctificationis. Nam fusio sanguinis figurauit sanguinem Christi, qui nos purgat ab omni peccato. Circumcisio autem præputij fuit signum circumcisionis spiritualis.*

6. *Quale sacramentum fuerit circumcisio? Initiationis seu immatriculationis in ecclesiam: sicut agnus paschalis, nutritionis seu corroborationis in ecclesia.*

7. *Cur infantes ex circumcisis parentibus nati, fuerint circumcisi? Quia illi soli pertinebant ad fœdus, vii promissionis illius: Ego Deus tuus, & seminis tui post te.*

8. *Cur demum octauo die fuerint circumcisi? Quia Deo placuit hanc temporis circumstantiam determinare.*

9. *Cur non fuerit adhibitum huiusmodi sacramentum initiationis in V. T. quod fœmellis aquè ac maribus potuerit administrari? Quia fœminæ in V. T. legaliter sanctificabantur per mores, è quibus oriebantur; vtpote quæ familiam non constituebant. Deinde contractior gratia V. T. hoc modo videtur fuisse significata. M 5 10.*

10. *Cur Deus circumcisionem non citius instituerit?* Quia voluit ecclesiam suam paulatim proficere. Deinde ecclesia in Abrahami posteritate valde crevit. Voluit ergo Deus resseram dissociationis extare.

11. *Cur Deus non citius instituerit agnum paschalem?* Quia voluit illum esse memoriale exitus ex Ægypto.

12. *Quo sensu dicantur exscindendi esse populo Dei, qui non erant circumcisi?* Quia contemptus sacramenti redundat in auctorem. Deinde qui negligebat signum institutionis in fœdus, præsumebatur negligere ipsum fœdus.

13. *Quis rei sacramentum fuerit agnus paschalis?* Christi crucifigendi, tanquam agni immaculati.

14. *An agnus paschalis clarius ob oculos ponat crucifixionem Christi, quam eucharistia?* N. Nam in S. Coena repræsentatur nobis passio Christi distinctius per fractionem panis, fusionem vini, & similes ceremonias. Deinde panis & vinum omnium clarissime ostendunt, quomodo Christus crucifixus nobis proficit; si nempe fide edatur & bibatur.

15. *An agnus paschalis fuerit typus S. Coena?* Si typus referatur ad rem typo significatam, negatur. Ita enim agnus paschalis fuit

Jo.

fuit typus  
antitypum  
typo resp  
cramenta

V. T. vt b

cœna pas

16. A

Non eni

stum à si

Q<sup>uod</sup>

dun

na. Quod

rum conf

tremam

monium

Allis eni

menti; ne

commur

nos, &amp;c.

2. C

ta? Quis

guinem.

3. Q

fuit typus Christi. Si vero typus referatur ad antitypum, id est, ad typum è regione alteri typo respondentem, affirmatur. Nam sacramenta N. T. ἀντίτυπα sacramentorum V. T. vt baptismus circumcisionis, & sacra cœna paschæ.

16. *An pascha fuerit sacrificium?* N. Non enim fuit oblatum D E O, sed consumptum à singulis familijs.

---

CAPVT XXXIX.

*De Baptismo.*

I.

**Q**uot sint sacramenta in N T? Duo duntaxat: vide! baptismus & S. Cœna. Quod attinet ad reliqua quinque nimirum confirmationem, pœnitentiam, extremam unctionem, ordinem, & matrimonium, illa sunt sacramenta falso dicta. Illis enim non competit definitio sacramenti; neque instituta sunt à Christo; neque communiter pertinent ad omnes Christianos, &c.

2. *Cur sacramenta N. T. sint incruenta?* Quia sanguis Christi sistit omnem sanguinem.

3. *Quando baptismus primum sit institutus?*

M 6

tutus?

*tutus?* Quando Iohannes coepit baptizare in iudæa. Quod attinet ad institutionem baptismi *Matt 28*. illa respicit circumstantiam, qua factum est, vt Christus vsum baptismi extenderit ad omnes gentes.

4. *An baptismus Iohannis & Christi differant specie?* Negatur, si sermo sit de sacramento. At vero si intelligatur ministerium seu actio externa Iohannis, & magisterium seu actio interna Christi, certum est baptismum Iohannis specie distingui à baptismo Christi. Sic enim ille baptizauit aqua, hic vero baptizat spiritu.

5. *An itaque duo sint baptismi?* N est enim vnum sacramentum, quod integratur duabus actionibus, immane quantum distantibus, sed tamen in legitimo vsu conjunctis.

6. *An baptismus recte dicatur esse fluminis, fluminis, & sanguinis?* Hæc distinctio authorem habet Tertullianum: & est erudita. Quidam addunt baptismum luminis.

7. *An baptismus fluminis etiam fuerit in V. T.?* Fuit: sed non fuit sacramentum. Ratio prioris est, quia baptismus veterum fuit primo nubes, deinde lotio Mosaica *Hebr. 9. v. 10.* denique lotio pharisaica *Marc: 7. v. 4.* Ratio posterioris est; quia

QVA

ia bapt im  
nerationi  
o per Ioh  
co circum  
8. An lo  
tris, filij,  
in histo  
ulam vsu  
ismi Ch  
aptizasse  
am sacro  
ficiendum  
Voce Pat  
9. An p  
mina, re  
quia Ch  
erbi & adn  
tamque de  
accessoribu  
10. An p  
minister ba  
pismi, &  
dogmata no  
ministro  
non aute  
11. Quo  
mandus?  
maxio Ioha  
que analogi



quia baptisimus N. T. est sacramentum regenerationis seu initiationis, quod a Christo per Iohannem est institutum ut esset loco circumcissionis.

8. *An Iohannes baptizauerit in nomen Patris, filij, & spiritus sancti?* Et si non dicitur in historia Evangelica, quod hanc formulam vsurpauerit: tamen ex historia baptismi Christi Matth. 3. colligitur ipsum baptizasse in nomen DEI vnus & trini. Nam sacrosancta Trinitas ibi se velut conspicendum præbuit.

*Voce Pater, Natus corpore, Flamen aue.*

9. *An priuatus aliquis, siue mas, siue foemina, recte possit administrare baptismum?* N. quia Christus coniunxit prædicationem verbi & administrationem baptismi, & vtramque demandauit Apostolis & eorum successoribus.

10. *An pastor hereticus sit idoneus administrator baptismi?* Est; si retineat formam baptismi, & ipsa fundamentalia baptismi dogmata non euertat directe. Nimirum in administro baptismi requiritur virtus officij, non autem viri; vt loquuntur.

11. *Quo elemento baptismus est administrandus?* Vera aqua. Id enim confirmat praxis Iohannis Baptistæ, & aliorum: itemque analogia.

M 7

12. Qui-

12. *Quinam sint baptizandi? Qui sunt discipuli Christi recens facti. Nam baptismus est signum istius initiationis, & ut ita dicam, immatriculationis.*

13. *An etiam infantes à Christianis parentibus nati, sint baptizandi? Affirmatur, ex resolutione præced. q. Quid enim? Si omnes, qui recens facti, sunt discipuli Christi, sunt baptizandi, etiam infantes Christianorum sunt baptizandi. Ratio hæc est; quia illi fiunt discipuli Christi vi & jure natiuitatis, non aliter atque ciuis Venetus nascitur ex ciue Veneto. Nimirum ut ciuis vel nascitur, vel scribitur: ita Christianus vel nascitur, vel fit talis professione. Atque hoc est, quod dicit Apostolus, liberos nostros esse sanctos; sanctitate vid. foederis.*

14. *An infantes Christianorum impiè uiuentium sint excludendi à baptismi cõmunione? N. Nam etsi parentes efficaciam baptismi reddunt irritam quantum ad sese: hoc tamen non præjudicat infantibus: quia Deus manet ipsorum Deus, sicut Ezech. 16. & 23. DEVS se vocat Deum illorum infantum, quos Israelitæ Molocho offerebant.*

15. *An testium, qui spondeant pro infante baptizando, sit aliqua necessitas? Absoluta non est; sed tantum ex hypothesi ordinis.*

consue-

consuetudini  
fantes, si p  
s, & forte  
onem, pol

aptilmo. D  
nt bene m  
oponderu

16. An s  
piritualem

ion est, nil  
verum est, s  
majoris nec

17. An r  
tismo? Sic  
titanus aud

in baptismo  
debet ad pia  
sane hæc co

is rita dedu  
18. In cui  
nistraudem?

Spiritus S.  
Deo veluti h  
delitatis.

19. Qui b  
pergendus s  
ide Matt. 3

16. & 18. 1. C  
rox adpersi  
surpatur, A

consuetudinis, & decori. Quo accedit, q̄  
infantes, si perueniant ad aanos discretio-  
nis, & forte dissipetur ecclesia ob persecu-  
tionem, possint hoc modo certi esse de suo  
baptismo. Denique si testes illi sint pij, pos-  
sunt bene mereri de infantibus, pro quibus  
sponderunt.

16. *An sponsio ista pariat cognationem  
spiritualem?* N. Nam cognatio spiritualis  
non est, nisi in Christo per fidem. Interim  
verum est, sponsonem istam esse vinculum  
majoris necessitudinis.

17. *An recte imponantur nomina in ba-  
ptismo?* Sic est. Nam quoties homo Chri-  
stianus audit & recordatur suum nomen,  
in baptismo sibi impositum, toties excitari  
debet ad piam baptismi meditationem. Et  
sane hæc consuetudo ab ipso circumcisio-  
nis ritu deducta est, *Luc. 1. v. 19.*

18. *In cuius nomen baptismus est admi-  
nistrandus?* In nomen Dei Patris, Filij, &  
Spiritus S. Nam in baptismo præstamus  
Deo veluti homagium, seu iuramentum fi-  
delitatis.

19. *Qui baptizatur, mergendusne an ad-  
spergendus sit?* Perinde est. De immersione  
vide *Matt. 3* & *Act. 8*, de adsperione, *Act.*  
*16.* & *18. 1. Cor. 1. v. 16.* Posteriori ritui fauet  
vox adsperionis, quæ de sanguine Christi  
vsurpatur, *Heb. 9. v. 14.*

20. *Se-*

20. *Semelne an ter mersio vel adpersio debeat fieri ?* Perinde est. Retineri tamen debet consuetudo recepta.

21. *An adulti sint baptizandi ante confessionem ?* N. Nam per confessionem fiunt discipuli Christi.

22. *In quem finem baptismus sit administrandus ?* Finis & usus baptismi est primarius, vel secundarius. Ibi est significatio & obsignatio remissionis peccatorum, mortificationis veteris hominis & viuificationis noui, seu sanctificationis, & adoptionis: hic est obsignatio receptionis in ecclesiam visibilem & particularem, & dissociatio ab infidelibus. Priores usus attinent ad solos electos: posteriores communes sunt electis & hypocritis.

23. *Quo sensu baptismus dicatur lauacrum regenerationis ?* Baptismus externus est lauacrum regenerationis sacramentaliter; internus, re ipsa.

24. *Quid nobis promittat S S. Trinitas in baptismo ?* Pater promittit, se nos adoptare in liberos propter Christum. Christus promittit, se nos assumere in cohæredes & fratres. Spiritus S. promittit, se jus filiationis & hæreditatis istius obsignaturum in cordibus nostris.

25. *Quid nos repromittamus S S. Trinitati*

QVA

in baptis

26. An

m, &amp; nost

ue est ead

nulum diff

27. Qua

Cum primi

nodum au

tatiuitatem

28. An it

hæreticis pa

men Patris,

quam un: me

quia sunt rect

29. An de

unt à mulie

tizati, qui

ministri? A. C

tati.

30. An inf

lumanorum

vta baptize

per adoptione

istam famili

unt adscripti

31. An ba

iunt hypocri

si enim no

tati in baptismo? Fidem & obsequium filiale.

26. *An baptismus Iohannis, Apostolorum, & noster sit idem?* A. Nam forma ubique est eadem: etsi personæ administræ multum differunt donis & vocatione.

27. *Quando sint baptizandi infantes?* Cum primum id est commodum. Commodum autem est non multo post ipsorum natiuitatem.

28. *An iterum baptizandi sint, qui ab hæreticis pastoribus baptizati sunt in nomen Patris, Filij, & Spiritus sancti, tanquam unus veri Dei in tribus personis?* N. quia sunt recte baptizati.

29. *An denuo baptizandi sint, qui fuerunt à mulieribus, & omnino talibus baptizati, qui non erant aliquo iure ecclesiæ ministri?* A. quia illi non sunt recte baptizati.

30. *An infantes & liberi gentilium, Mahumetanorum, Iudeorum, &c. aliquando recte baptizentur?* Sic est: quando nempe per adoptionem legitimam, aut seruitutem justam familijs fidelium tanquam proprij sunt adscripti atque insiti.

31. *An baptismus externus, quem accipiunt hypocritæ, sit inanis larua?* N. Tametsi enim non est sacramentum cooptationis

nis

nis in ecclesiam inuisitilem: nihilominus tamen est sacramentum insertionis in ecclesiam visibilem, adeoque signum fœderis gratiæ, quantum ad communionem externam.

32. *An baptismus aqua sit præcise necessarius ad salutem?* N. quia non privatio, sed contentus sacramentorum damnat.

33. *An in baptismo recte adhibeantur sal, oleum, sputum, cerei, &c.?* N. Hæc enim pugnant cum simplicitate hujus sacramenti; & vero profecta sunt partim ex *καυοζηλία* sacrificiorum Iudaicorum, partim à Christi miraculis, vel à primitivæ ecclesiæ ritu in cryptis aut noctu convenire solitæ, huc translata.

34. *An in baptismo recte adhibeantur crucis figuratio & exorcismus?* N. Nam crucis signum olim à Christianis inter ethnicos versantibus fuit adhibitum, ut in sola cruce Christi se gloriari ostenderent; & exorcismus in corporaliter obsessis recte adhibetur, si quis dono isto extraordinario sit præditus.

35. *Quanam sit res terrestris & cælestis in baptismo?* Res significata respondens signo substantiali est sanguis Christi: respondens signo rituali, est purgatio nostri à peccatis per sanguinem & Spiritum Christi.

Nimi-

Vimirum  
tis vi me  
ionis & eff  
tum Chr

magisque  
36. Vnd  
signis ex

promissio  
præsent  
tum, ita

ad salutem  
Christus r

mentis per  
stris, Eph,

37. Qu  
Efficacia i  
psum mon

tur. Sicut  
eo ipso mo

quando ca  
ita verbum

38. Qu  
fectus bap  
tam. Itaqu  
cramentu  
facerdotal  
post bap

Nimirum sanguis Christi purgat nos à peccatis vi meriti; Spiritus Christi, vi applicationis & efficaciam, qua nobis applicat meritum Christi, & è regno peccati magis magisque eximit.

36. *Vnde pendeat efficacia baptismi?* Non à signis externis & opere operato, sed à promissione Dei, & fide baptizati vel jam præsentem, vel futura. Sicut enim euangelium, ita & sacramentum est potentia Dei ad salutem cuius credenti. *Rom. 1. v. 16.* Et Christus tum in Euangelio, tum in sacramentis per fidem habitat in cordibus nostris, *Eph. 3. v. 17.*

37. *Quando incipiat efficacia baptismi?* Efficacia ista non est alliganda ad illud ipsum momentum, quo aqua corpus tingitur. Sicut n. semen in terram coniectum non eo ipso momento incrementum sumit, sed quando calor & pluuia cœlitus superuenit: ita verbum & sacramenta non semper primo sui momento sunt efficacia, sed eo demum tempore, cum Spiritus S. benedictio accedit.

38. *Quousque se extendant usus & effectus baptismi?* Per vniuersam nostram vitam. Itaque non opus est vt excogitetur sacramentum pœnitentiæ, seu absolutionis sacerdotalis, ad deletionem peccatorum post baptismum commissorum. Non opus est,

est, inquam, hanc secundam, vt vocant, tabulam adhibere, per quam, prima gratia amissa, denuo ex naufragio enatemus. Sufficit enim homini baptizato sanguis Christi vna cum pœnitentia, atemq; memoria baptismi.

39. *An probandus sit baptismus conditionalis, quem vocant: Si baptizatus non es, ego te baptizo?* Non est probandus: quia caret exemplo Scripturæ, & formulam baptismi mutat, & promissionem diuinam non obsignat, sed ambiguam reddit.

40. *Quid vero factu est opus in eiusmodi casu?* Id patet ex Canone Concilij Carthaginensis, quo sancitur, huiusmodi homines absque vilo scrupulo esse baptizandos: quia iteratum dici non potest, quod nescitur factum.

## CAPVT XL.

### *De Cœna Domini.*

I.

**Q**uale sacramentum sit Cœna Domini? Spirituales nutritionis; vbi Christus passus, in cibum potumque Spiritualem, offertur & confertur credentibus. In paucis his verbis tria sunt notanda. In nutritione  
requisi-

Qu  
equintur  
anis & vi  
alis: in co  
2. Aq  
Circa cau  
unt adno  
administ  
institutio  
storia eua  
in prima  
fuit, & eff  
debet cog  
nostra in  
partim ip  
hoc est, l  
confert fid  
gnum off  
3. Cur  
lebrauerit  
lam subst  
4. Cu  
scipulis,  
Quia non  
bat, sed e  
lis praire  
denique  
peccator  
nos opor  
quod ve  
pellauerit



requiritur integritas, adeoque conjunctio panis & vini: in oblatione, unio sacramentalis: in collatione, unio spiritualis.

2. *A quonam sacra cœna sit instituta?*

Circa causam efficientem S. Cœnæ tria sunt adnotanda: videl. causa institutionis, administrationis, & exhibitionis. Causa institutionis est Christus, ut constat ex historia euangelica. Causa administrationis in prima Cœna fuit ipse Christus; deinceps fuit, & esse debet ordinarius pastor, qui hic debet cogitare vetus illud, *Christi actio est nostra institutio*. Causa exhibitionis est partim ipse Christus, qui rem sacramenti, hoc est, seipsum, per Spiritum sanctum, confert fidelibus; partim minister, qui signum offert.

3. *Cur Christus Cœnam immediatè celebraverit post esum agni paschalis? Quia illam substituit in hujus locum.*

4. *Cur Christus prius lauerit pedes discipulis, quam celebraret hanc Cœnam? Quia non solum mos orientalium ita ferebat, sed etiam ut facto exemploque suo illis præiret ad modestiam & charitatem, & denique doceret, se esse, qui nos à sordibus peccatorum lauet, qualesque ad sacra hæc nos oporteat accedere. Atque hinc factum, quod veteres lotionem istam pedum appellauerint sacramentum.*

5. *An*

5. *An Apostoli in prima Coena sustinuerint personam administrantium, vel communicantium? Posterius affirmatur. Nam Christus ipse, & quidem solus, administravit hanc Coenam.*

6. *Cur Christus ipse non baptizaverit, quemadmodum S. Coenam administravit? Quia baptismi administratio est purum purum ministerium: sed administratio primæ coenæ fuit conjuncta cum ipsa institutione. Quæ duo non potuerunt diuelli. Oportuit enim Apostolis præire formulam certam, quam in celebratione hujus sacramenti seruarent. Huc accedit, quod S. Coena est sacramentum testamentale, quod ab ipso testatore confectum oportuit.*

7. *Quanam sit simplicissima analysis institutionis S. Coenæ? Ista. Coena Domini constat factis dictisque mysticis siue sacramentalibus. Facta Christi sunt numero quatuor. Nam 1. accepit symbola, videl. primo panem, & postea vinum. 2. benedixit ista symbola accepta. 3. panem acceptum & benedictum fregit, & vinum in calicem effudit. 4. panem fractum & vinum effusum dedit discipulis. Atq; hæc sunt facta Christi sacramentalia, pulcherrimo ordine connexa. Factis adjecit dicta, atque *πρὸς αὐτὴν*, seu præceptiua; *ὁριστικὰ*, seu definitiua; &*

*κοινωνία*

QV  
 quobelux  
 oria seu ex  
 8. Quia  
 panem  
 uit mort  
 tus eoder  
 imam in  
 9. Qu  
 vi. & vi  
 sed part  
 pore, par  
 quæ ita d  
 mem ac fi  
 10. Qu  
 Verum, c  
 sum, ex  
 propter ci  
 azymoru  
 11. Qu  
 stratum i  
 atq; dilu  
 quentab  
 12. A  
 tjs sint in  
 ter collig  
 Christus  
 vt docer  
 Spiritua  
 Coena, i

νομοθετικὰ seu ἐξουσιαστικὰ, id est, legisla-  
toria seu exhortoria.

8. *Quid sibi velit acceptio ista, qua Chri-  
stus panem & vinum in manus accepit?*  
Fuit mortis voluntariæ indicium. Nā Chri-  
stus eodem modo in manus suas accepit a-  
nimam suam, eamque Deo Patri obtulit.

9. *Quid sibi velit distincta acceptio pa-  
nis & vini?* Nam figurat duo sacramenta;  
sed partim separationem sanguinis à cor-  
pore, partim integram nostri refectioem,  
quæ ita debet esse comparata, vt sedet fa-  
mem ac sitim spirituales.

10. *Qualem panem Christus accepit?*  
Verum, cibarium, integrum, vnum, & spif-  
sum, ex more gentis; & infermentatum,  
propter circumstantiam legalem primi diei  
azymorum.

11. *Quale vinum Christus accepit?* V-  
sitatum in illa regione, & forte rubellum  
atq; dilutum, quale fere in illa regione fre-  
quentabatur.

12. *An omnia in prædictis circumstan-  
tijs sint imitanda?* N. Nam ex scopo oportet  
colligere, quid sit imitandum. Nimirum  
Christus adhibuit verum panem & vinum,  
vt doceret, se esse panem vitæ, & potum  
spirituales. Itaque vbi vbi celebratur S.  
Cœna, ibi adhibenda sunt huiusmodi sym-  
bola.

bola, quæ locum panis & vini eo in loco obtinent. Ita enim seruiatur analogia sacramentaria.

13. *Qualis fuerit consecratio à Christo adhibita?* Illa nunc *εὐχαριστία*, nunc *εὐλογία* dicitur. Quare consecratio ista est actio moralis, qua Filius Dei elementa vulgaria, panem & vinum, ad usum sanctum, finemque & officium spirituale præparauit, destinauit, dedicauit, sanctificauit, vt symbola fierent mystica corporis & sanguinis sui, mutatione non naturæ, id est, substantiæ aut qualitatis, sed officij, vocationis, & relationis.

14. *Cur Christus panem fregit?* Fregit, non tantum consueto ritu ad distributionem, sed etiam ad mystetium & sacramentalem ceremoniam: vt nempe figuraret corporis sui flagellationem, compunctionem capitis per coronam spineam, manuum pedumque confossionem, lateris apertionem.

15. *Cur Christus vinum effuderit in calicem?* Vt figuraret 1. fusionem sui sanguinis. 2. calicem iræ Dei, quem sit ebibiturus.

16. *Quomodo Christus panem & vinum dederit discipulis?* Aut in manus singulis, aut ita vt singuli suis manibus acciperent e mensa.

mensa. Ha  
cationem  
corporis

17. Qu  
scipulos?  
gua patri

18. Qu  
cipite, edi  
cum sym

nionem,  
Spiritus  
me per ve

hunc panem  
19. Qu  
indicatiua

nis, quem  
corpus me

eramentum  
frangitur.

20. An  
adiectione  
matur. In

proxime an  
formula, I

mentum, &  
21. An  
i, vt hac d  
corpus C  
non in cl

mensa. Hæc datio & acceptio figurat applicationem, præsentationem, & donationem corporis & sanguinis Christi.

17. *Quomodo Christus allocutus sit discipulos?* Clare, intelligenter, aperte, in lingua patria.

18. *Quanam sint verba præceptiva?* Accipite, edite, q. d. intime vobis vnite hoc sacrum symbolum, & inde discite arctam vñionem, quæ est inter me & ecclesiam per Spiritum & fidem. Accipite itaque & edite: me per veram fidem, vt accipitis & editis: hunc panem sacrum.

19. *Quanam sint verba definitiua seu indicatiua?* Hoc est corpus meum. q. d. Panis, quem modo accepi, benedixi, fregi, est corpus meum sacramentaliter; seu, est sacramentum corporis mei; quod pro nobis frangitur.

20. *An pronomen Hoc substantiue, vel adiectiue sit accipiendum?* Posterius affirmatur. Intelligitur enim panis, vt patet ex proxime antecedentibus: item è sequenti formula, Hoc poculum est nouum testamentum, &c.

21. *An panis ita sit ipsum corpus Domini, vt hæc duo sint res eadem?* N. Nam panis & corpus Christi sunt vnum in sacramento, non in elemento.

N

22. An:

22. *An panis conuertatur, siue trans-*  
*substantietur in corpus Christi?* N. Nam  
 hujusmodi mutatio est impossibilis, corpo-  
 re Christi glorioso indigna, & nobis inuti-  
 lis.

23. *An in pane includatur corpus Chri-*  
*sti?* N. ob causas dictas ad preced. quæst.  
 Nimirum transsubstantiatio & consub-  
 stantiatio æque sunt prodigiøse.

24. *An panis sit nudum signum corpo-*  
*ris Christi?* N. Nam nullum sacramentum  
 est nudum signum.

25. *An panis reuera sit corpus Christi?*  
 Omnino. Est enim corpus Christi sacra-  
 mentaliter, & proinde realiter seu reuera,

26. *An sit tropus in his verbis?* Ita est.  
 Hoc enim postulat subjecta materia. Nam  
 qui instituit sacramentum, recte facit, quod  
 phrasin sacramentalem adhibet.

27. *An hic tropus sit obscurus?* N. Quia  
 Christus allocutus est discipulos, quibus  
 hujusmodi phrascs sacramentales, utpote  
 ex triuio haustæ, non poterant esse obscu-  
 ræ.

28. *An tropo locus sit in testamento?* Vti-  
 que: si nempe testamentum sit vel heroi-  
 cum, vel sacramentale. Quæ duo hic con-  
 currunt.

29. *An panis sit verum corpus Christi?*  
 Sic

Sic est. Na-  
 ris, quod  
 ita sint, n  
 Consubst  
 corpus.

tasticum  
 palpabile  
 ex pane  
 tum, &

30.

cenam c

pus, que

dificat or

31. Q

NUM.

32. A

nempe sa

33. Q

num testa

tum nou

34. Q

in S. Coe

quentia

Itaq; con

ut jam cl

litatis fu

35. A

consider

siquidem

Sic est. Nam est sacramentum illius corporis, quod fuit fractum in cruce. Quæ cum ita sint, neque Transubstantiatores, neque Consubstantiatores habent verum Christi corpus. Illi siquidem habent corpus phantasticum, inuisibile, spirituale, illocale, impalpabile, multipræsens vel omnipræsens, ex pane transubstantiatum vel impanatum, &c. h. e. corpus non-corporis.

30. *An nostra sententia introducat in cœnam corpus metaphoricum?* N. Nam tropus, quem dicimus esse metonymiam, modificat orationem, non ipsam rem.

31. *Quid per poculum intelligatur?* Vinum.

32. *An vinum sit sanguis Christi?* Est: nempe sacramentaliter.

33. *Quomodo vinum sacra cœna sit novum testamentum?* Quatenus est sacramentum novi testamenti.

34. *Quomodo corpus Christi consideretur in S. Cœna?* Non secundum naturæ consequentiam, sed secundum muneris gratiam. Itaque corpus Christi hic consideratur, non ut jam est gloriosum, sed ut in statu humilitatis fuit pro nobis datum in mortem.

35. *An corpus & sanguis Christi solum considerentur in S. cœna?* N. Intelliguntur siquidem omnia merita & beneficia Christi

sti: quorum fasciculus est in morte Christi.

36. *An corpus & sanguis Christi tantum sint cibum & potus anima? N.* Sunt enim cibum & potus spiritualis tum animæ, tum corporis.

37. *An detur oralis manducatio in eucharistia? Datur: videl. panis, non vero corporis Christi.*

38. *Si panis & corpus Christi uniuntur in eucharistia, cur non una eademque orali manducatione edantur? Ratio hujus est: quia hæc unio non est localis aut physica, sed partim sacramentalis seu relativa, partim spiritualis. Utraque nititur actione diuina. Nam panis est corpus Christi partim ex ordinatione DEI, partim per fidem nostram. Ibi cernitur unio sacramentalis, hic spiritualis.*

39. *An fides nostra possit efficere, ut præsens sit corpus Christi in eucharistia? Promissio & Spiritus Dei hoc efficiunt principaliter, fides nostra instrumentaliter.*

40. *An presentia localis corporis Christi esset alicuius momenti? N.* Quia nihil prodesset absque fide.

41. *Quid sibi velit copula Est in his verbis? Indicat in præsentem tempore, quid res sit, non quid fiat. Est itaq; hic sermo de esse, non de fieri. Alioqui Christus dixisset, Hoc fiat,*

QV

fiat, seu est  
mulæ occ

42. A  
tialis in S  
mam cœ

43. A  
ristiam, q  
Si reliqua

veram,  
nim fract

tamen ill  
non est i  
mam. N

cæ & con  
seu diuid

44. G  
Hoc faci

45. Q  
care, sed i

46. G  
Christi?  
Christi?  
in oculis,  
adeoque  
recolam

47. D  
ip'o D  
alia ext  
stolus.



fiat, seu esto corpus meum: cujusmodi formulæ occurrunt, Gen 1.

42. *An fractio panis sit ceremonia essentialis in S. cœna?* Est: quia pertinet ad formam cœnæ externam, eamque integrat.

43. *An illi non habeant veram eucharistiam, qui non adhibent fractionem panis?* Si reliqua requisita adsint, habent quidem veram, sed non integram cœnam. Etsi enim fractio panis est pars essentialis: non tamen illa sublata tollitur cœna: quia scilicet non est integra forma, sed integrans formam. Nimirum alia est ratio formæ physicæ & completæ seu individua, alia theticæ seu diuidua.

44. *Quanam sint verba legislatoris?* Hoc facite in mei recordationem.

45. *Quid sit, Hoc facere?* Non est sacrificare, sed imitari actionem præcedentem.

46. *Quid sit, Facere in recordationem Christi?* Memoriam passionis & amoris Christi ita conseruare, vt illum in animo, in oculis, in manibus, &c. veluti gestemus, adeoque ipsum colamus ejusque memoria recolamus amore, more, ore, re.

47. *An præter hanc explicationem, ab ipso Domine immediate subiectam, etiam alia extet in Canone?* Imo. Sic enim Apostolus 1. Cor, 10. Panis, quem frangimus,

nonne est communio corporis Christi? Itaque hæc tria axiomata prorsus æquipolent: Panis est corpus Christi: Panis est memoriale corporis Christi; Panis est communio corporis Christi.

48. *Cur panis dicatur communio corporis Christi?* Propter claram significationem, seu eximiam analogiam sacramentalem; propter certam oblationem; denique propter indubitatam collationem, qua corpus Christi æque exhibetur fidei, atq; panis manui.

49. *An sint eadem phrasæ: Corpus Christi est in pane S. cœna; & Corpus Christi est in S. cœna?* N. Nam prior illa est falsa, hæc posterior vera.

50. *Quanam sit probatio sui ipsius, seu recta preparatio ad S. cœnam?* Ea consistit in examine miseræ, fidei, & instaurationis pœnitentiæ.

51. *An in S. cœna administratione occupentur quinque sensus externi?* Sic est. Nam ibi audimus verbum institutionis, videm<sup>9</sup> sacra symbola, eaque tangimus, gustamus, odoramur.

52. *Quid in usu sacra cœna ad singulas partes sacra actionis precipue sit considerandum?* Status miseræ, gratiæ, & gloriæ. Nam ad statum miseræ pertinet fames & sitis

itis nostra  
meriti erant  
misereremur  
rent benefici  
lic, quando  
pro nobis  
pertinet,  
renus & ca  
nus, &c. q  
&c. quod j  
niat, ut ita  
attollere.

53. *Quid  
dum? Quod  
Christi,  
tis: ut patet*

54. *An  
& proprie  
criticio rec  
quæ offera  
sa offerri d*

55. *An  
vium? N.  
peccatis n*

7. v. 27. &  
cap 9. v. 14  
56. *A  
lentur in  
vera non*

fitis nostra spiritualis, item quod nos com-  
meriti eramus, vt frangeremur, com-  
miseremur, &c. Ad statum gratiæ perti-  
nent beneficia, quæ Christus in nos contu-  
lit, quando factus est panis vitæ, fractus est  
pro nobis, &c. Denique ad statum gloriæ  
pertinet, quod Christus est panis non ter-  
renus & caducus, sed cœlestis & sempiter-  
nus, &c. quod nos alit ad vitam æternam,  
&c. quod iubet nos sui recordari, donec ve-  
niat, vt ita doceat nos corda nostra sursum  
attollere.

53. *Quid de Missa Pontificia sit statuen-  
dum? Quod sit magnū idolum magni Au-  
tichristi, & magna pars mysterij iniquita-  
tis: vt patebit é seqq.*

54. *An missa sit sacrificium externum,  
& propriè dictum? N. Nam in omni tali sa-  
crificio requiritur, vt sit res aliqua sensibilis,  
quæ offeratur. At caro Christi, quæ in Mis-  
sa offerri dicitur, nullo pacto est sensibilis.*

55. *An Missa sit sacrificium propitiato-  
rium? N. Nam Christus semel tantum pro  
peccatis nostris obtulit corpus suum, Heb.  
7. v. 27. & quidem per Spiritum æternum.  
cap 9. v. 14.*

56. *An corpus & sanguis Christi immo-  
lentur in Missa? N. Nam in immolatione  
vera non solum requiritur, vt illud a*

N 4 immo-

immolatur, sed, etiam vt sit mortale. At corpus Christi non est in Missa, sed in cœlo, ibiq; ab omni mortalitate est liberum.

57. *An Missa sit sacrificium incruentum?* N. Si enim est incruentum, non est propitiatorium: quia sine sanguinis effusione nō fit remissio peccatorum. Deinde quia non est sacrificium, & euicimus ad quæst. 54. neque est incruentum, neque cruentum.

58. *An corpus & sanguis Christi in Missa immolentur sub speciebus panis & vini?* Hoc repugnat naturæ sacrificij externi & proprie dicti. Nullum siquidem sacrificium externum & proprie dictum unquam fuit immolatum sub specie alterius rei, sed quodlibet sub propria sua specie. Præterea accidentia panis & vini hic finguntur extra substantiam suam existere: quod implicat contradictionem manifestam, & pugnat cum sensu.

59. *An corpus & sanguis Christi in Missa offerantur à sacerdote?* N. Nam in N. T. nullus est sacerdos proprie dictus præter Christum, cuius sacerdotium est *ἀρχιεπισκοπικόν*. Deinde si essent sacerdotes proprie dicti in N. T. illi essent secundum ordinem Aharonis, vel Melchisedeci. Quorum neutrum potest dici.

60. An  
offerant  
tuorum?

clamat,  
docet,  
malle in  
tur, Heb.

61. A  
Christi?  
dem, id  
lam.

62. A  
ritatis?  
nem & a  
consultus  
ritus san

Q Via  
tus  
inchoatu  
ris fit au  
pefici tu  
hi statu

60. *An Christi corpus & sanguis in Missa offerantur pro peccatis viuerum & mortuorum?* N. Nam Christus Ioh. 19. v. 30. exclamat, *Consummatum est.* Et Apostolus docet, Christum vna oblatione consummasse in perpetuum illos, qui sanctificantur, Heb. 10. v. 14.

61. *An in Missa fiat applicatio sacrificij Christi?* N. Nam illa applicatio fit per fidem, idque vel in eucharistia, vel extra illam.

62. *An canon Missæ sit alicuius auctoritatis?* Nullius plane, si spectes intentionem & applicationem. Est enim cento consutus ex verbo Dei contra mentem Spiritus sancti.

CAPVT XL I.

*De Statu Gloriæ.*

I.

**Q**uid sit status gloriæ? Alias dicitur status patriæ, videl. in cœlis. Gloria ista inchoatur in hac vita, post mortem corporis fit auctior, & tandem à resurrectione perficitur. Tribus itaque gradibus constat hic status.

2. *Qua via in statum gloria perfectum*

N s . deus-

deueniatur? Per resurrectionem; quam quidem antecedit ultimus Christi aduentus, excipiet autem ultimum iudicium, vita & mors æterna.

3. *Quid sit resurrectio carnis?* Est actio, qua hæc ipsa caro, quam hic gestamus, virtute Dei re producta & animæ suæ vnita iterum surget.

4. *An futura sit huiusmodi resurrectio?* Ita est. Nam Scriptura hoc docet, Deus hoc potest & vult, denique hujus rei quidam quasi typi in ipsa rerum natura occurrunt.

5. *Quotuplex sit resurrectio carnis?* Est 1. gloriosa, seu ad vitam; vel ignominiosa, seu ad mortem æternam. 2. vniuersalis, vel particularis. Illa fiet in fine seculi; hæc partim facta est, partim fiet ante finem seculi. Facta, inquam, est, vel in V. vel in N. T. Ibi Moses, hic sancti quidam vna cum Christo resurrexerunt. Fiet adhuc illa, quæ dicitur martyrum. *Apoc. 20* 3. prima, vel secunda. Illa est martyrum, hæc omnium in fine seculi.

6. *Vnde pendeat hominum resurrectio communiter?* A iustitia Dei puniente. Nam quia homines per peccatum morti subiacent, resurrexissent aliquando, accepturi supplicium pro meritis.

7. *Vnde pendeat resurrectio iustorum?* A merito & efficacia Christi,

8. *Vn-*

QV

8. Vnde  
A iustitia  
Christi.

9. An  
A. resurge  
v. 2.

10. An  
vni, resu

sed non i  
lentur eni  
bona ad ha

11. Qu  
resurrectio  
tum, non

12. An  
no resurge

rum e igl  
sa. Ab illo  
quidquid  
ciliare poss  
ret omnim

13. Qu  
uersalu?  
fuerint ex

14. Cui  
duri? Virt  
n opera ad  
ab omib  
geli, qui

8. *Vnde pendeat resurrectio reproborum?*  
 A. iustitia DEI puniente, & nominatim Christi.

9. *An omnes homines sint resurrecturi?*  
 A. resurgent enim & boni & mali, Dan. 12. v. 2.

10. *An alia corpora, quam qua hic vixerunt, resurgent?* Eadem numero resurgent, sed non iisdem accidentibus prædita. Tollerentur enim accidentia, quæ respectum habent ad hanc vitam animalem.

11. *Qualia sint futura nostra corpora in resurrectione?* Spiritualia quantum ad statum, non vero ratione substantiæ.

12. *An omnes homines eadem conditione resurgent?* N. Nam resurrectio iustorum est gloriosa, reproborum ignominiosa. Ab illorum corporibus Deus auferet, quidquid aliquam deformitatem ipsis conciliare posset: horum vero corporibus inferet omnimodam deformitatem.

13. *Quando sit futura resurrectio universalis?* Postquam mille anni, Apoc. 20. fuerint expleti.

14. *Cuius virtute mortui sint resurrecturi?* Virtute partim Dei, hanc ad rem usuri opera angelorum, qui cogent homines ab omnibus mundi plagis; partim archangeli, qui tuba clanger.

15. *An resurrectio sit opus Dei immediatum? Quantum ad preparationem, Deus utetur ministerio angelorum: at immediate & solus ager, quantum ad excitationem corporum (hæc enim est quædam creatio) & eorum cum animabus vnitionem.*

16. *Quid ijs, quos ultimus dies viuos deprehendet, sit futurum loco mortis & resurrectionis? Subita illa mutatio, qua ipsorum corpora in momento alterabuntur.*

17. *An certo sit futurum nouissimum, siue ultimum iudicium? Ita est. Hoc enim docet Scriptura. Et in ethnicis fuit, atque etiamnum est, confusus aliquis hujus iudicij gustus.*

18. *Quis sit futurus iudex? Christus in forma aspectabili. Nimirum Filius erit manifestus in hoc iudicio, Pater & Spiritus S. occultus, vt eleganter ait Augustinus.*

19. *Quinam sint iudicandi? Omnes angeli & homines. Et electi quidem iudicabuntur iudicio discretionis & absolutionis; reprobi, iudicio condemnationis.*

20. *Quomodo sancti angeli & homines sint iudicaturi mundum? Id intelligendum est 1. de eo, quod facturi sunt in capite suo Iesu Christo. 2. de approbatione sententiæ latæ. 3. de testificatione. 4. de comparatione vitæ ipsorum cum vita impiorum.*

21. *Qui-*

21. *Qu*  
*iudicio? Sa*

22. *V*  
*lo tertio.*

23. *Q*

24. *V*

*cium? In l*

*sequestra*

*adjudica*

25. *C*

*dicaturu*

*oportet i*

*bus expo*

26. *Q*

*ultimo i*

*Deus lur*

*bit, vt in*

*gere pol*

*facta.*

27. *a*

*sur? Sice*

*dicium c*

*enim no*

*nem, se*

*nem; qu*

*rum co*

*gnitud*

28. *bis men*

*bis men*



21. *Quinam sint futuri assessores in hoc iudicio? Sancti angeli.*

22. *Vnde Christus sit venturus? Ex cœlo tertio.*

23. *Quonam sit venturus? In nubes.*

24. *Vbi sit exercendum ultimum iudicium? In his terris. Oportet enim vt ibi fiat sequestratio hominum, cœlo vel inferno adjudicandorum.*

25. *Cur secundum opera Dominus sit iudicaturus? Quia in omni iudicio allegare oportet illa, quæ sunt manifesta & omnibus exposita.*

26. *Quinam sint libri, qui aperientur in ultimo iudicio? Conscientiæ nostræ. Nam Deus lumine quodam speciali eas illustrabit, vt in illis, tanquam in libris apertis, legere possimus omnia nostra cogitata, & facta.*

27. *An piorum peccata manifestabuntur? Sic est: verum ita, vt non veniant in iudicium condemnationis. Manifestabuntur enim non ad pœnam vel gloriæ derogationem, sed ad gaudium & gratiarum actionem; quia multitudo peccatorum remissorum commendabit diuinæ clementiæ magnitudinem.*

28. *An Deus in ultimo iudicio spectabit merita? Sic est. Nam in electis spectabit*

N 7 meritum

meritum Christi; in reprobis, merita propria.

29. *Qua sit futura norma ultimi iudicij?* Partim lex naturæ, partim Euangelium.

30. *Cur Deus differat ultimum iudicium?* Quia certum diem statuit, quem neque anticipat, neque prorogat. Itaque non differt, nisi quantum ad nos. Differt autem, ut compleatur numerus credentium.

31. *Quando sit futurum ultimum iudicium?* Expletis mille annis, & confecto bello Gogæ Magog. *Apoc. 20.*

32. *An futurum sit ultimum iudicium in valle Iosaphati?* Locus & tempus ultimi iudicij in thesauris diuinæ sapientiæ latent abscondita. Quod autem adfertur de valle Iosaphati ex *Ioel 3. v. 2. & 12.* id alij figurate, alij appellatiue, alij proprie accipiunt. Et hipostremi putant, admodum verisimile esse, ut ultimum iudicium exerceatur Hierosolymis, ubi Dominus crucifixus est.

33. *Quale sit signum Filij hominis, quod apparebit in ultimo iudicio?* Erit fulgor majestatis, ejusmodi signo constans, quo Christus crucifixus possit agnosci tum à fratribus, tum ab hostibus suis.

34. *Qualis sit futura forma ultimi iudicij?* Illa erit instar processus alicujus judicialis, in quo ceratur citatio, causæ cognitio

no & decisio  
curio.

35. *An*  
Minime. N  
tur, virtut  
tarda molit

36. *Cu*  
*oporteat?*  
ramus est  
impellēs ac  
ctimoniz.

37. *Cu*  
mel in mor  
iudicium i  
culum &

38. *Cu*  
dicatur vi  
2. est om  
amabilissim  
est actus in

39. *Qu*  
druplex: p  
gustix se  
munis om  
in hoc m  
viatores:  
lis, qui di  
gustix se  
hac vita,

rio & decisio, sententię promulgatio & executio.

35. *As processus ille sit diu duraturus?* Minime. Nam subito hæc omnia perficientur, virtute Dei omnipotentis, qui nescit tarda molimina.

36. *Cur de ultimo iudicio nos certos esse oporteat?* Ut semper in memoria circumferamus efficacissimum, hoc argumentum impellens ad odium peccati & studium sanctimonix.

37. *Cur Deus bis iudicet hominem; semel in morte, & iterum in fine seculi?* Quia iudicium illud in morte est particulare, occultum & imperfectum.

38. *Cur status piorum post hanc vitam dicatur vita æterna?* Quia vita 1. est actus. 2. est omnium in hoc mundo amabilium amabilissimum. Deinde quia vita æterna est actus indeficiens.

39. *Quotuplex sit vita hominis?* Quadruplex: pura naturæ, gratiæ, gloriæ, & angustix seu miserix. Vita naturæ est communis omnium: vita gratiæ est electorum in hoc mundo versantium, qui dicuntur viatores: vita gloriæ est electorum in cælis, qui dicuntur comprehensores: vita angustix seu miserix est tum electorum in hac vita, varijs pressuris exercitorum; tum

im;

impiorum, & quidem tum in hac vita, tum in inferno.

40. *In quos cadat vita aeterna, & quibus modis?* Vita aeterna consideratur in Deo, ita ut ille sit ipsissima vita aeterna. Deinde in angelis & hominibus ante lapsum vita aeterna erat, quantum ad gustum, sed nondum confirmata. Tertio in bonis angelis coepit vita aeterna confirmari postquam mali angeli ea exciderunt. Quarto in humana Christi natura vita aeterna est inchoata a primo momento, quo illa unita est λόγῳ: consummata autem est, demum post ascensionem in caelum. Denique vita aeterna in nobis inchoatur per fidem & spem, perficitur per aspectum, idque partim post mortem cujusque partim in fine seculi.

41. *Quidnam sit summum in vita aeterna respectu nostri?* Notitia illa, qua novimus, Deum esse Patrem nostrum in secula. Nimirum ad felicitatem haec tria requiruntur. 1. vacare malis, & circumfluere bonis. 2. hoc scire. 3. scire haec fore perpetua.

42. *An vita aeterna plene incipiat post mortem?* Plene incipit, quantum ad conformitatem animae cum DEO, & visionem beatificam: sed non plene, quatenus corpus nondum fruitur DEO, nec electorum societas est completa.

43 Quo-

QV

41. Qu

Deum a se  
nam DE  
diate; Im  
per lumen  
apprehen  
non total  
corporis,  
sentiam D  
gem.

44. G

prehensor  
finitam D  
henderun

46. Q

dat iustifi  
rit ibi plen  
formitas c  
catio est p  
jus perfe

46. G

Non est  
sol specul  
tuitus est  
in confer

47.

Deum?  
dicem in

48.

43. *Quomodo fieri possit, ut videamus Deum à facie ad faciem? Videbimus essentiam D E I partim immediate, partim mediate: Immediate: quatenus oculis animæ, per lumen gloriæ, pro modo naturæ finitæ apprehendemus totam Dei essentiam, etsi non totaliter. Mediate: quatenus oculis corporis, per lumen gloriæ, videbimus essentiam Dei singulari modo se manifestantem.*

44. *Cur beati in patria dicantur comprehensores? Non quod comprehendant infinitam D E I essentiam; sed quia comprehenderunt metam & brauium.*

46. *Quomodo glorificatio nostri includat iustificationem & sanctificationem? Erit ibi plenum gaudium, & perfecta conformitas cum Deo. Respectu illius glorificatio est perfecta iustificatio; respectu huius perfecta sanctificatio.*

46. *Qualit sit visio Dei in vita aeterna? Non est theoretica, sed practica. Sicut enim sol speculo imprimit sui imaginem: sic intuitus essentiaæ Dei totum hominem rapiet in consensum ejusdem sanctitatis.*

47. *An etiam damnati, sint visuri Deum? Vtiq; videbunt ipsam tanquam iudicem implacabilem.*

48. *An sint futuri gradus in vita aeter-*

*na?*

*na?* Sic est. Nam vt in regno potentia & gratia Deus expressit proportionem geometricam: sic eandem exprimet in regno gloriæ. 1. Cor. 15. Cæterum gradus in vita æterna nō sunt pro mensura meritorum nostrorum, sed pro mensura gratiæ Dei, qui maiora dona gratiæ coronabit maioribus donis gloriæ. At, inquis, vita æterna est summum nostrum bonum, & omnes electi fulgebunt vt sol. Iam vero quod summum est, non recipit gradum: vt nec lumen solis. Resp. 1. Deus est summum bonum obiectiuum; & hoc nullum admittit gradum. At fruitio Dei, adeoq; vita æterna, est summum bonum formale; & hoc recipit varios gradus. 2. Sol admittit gradum respectu fulgoris sui. Deinde nos fulgebimus vt sol, sed secundum siue post solem iustitiæ, qui est Christus.

49. *An bonis nostris operibus m. reamur vitam æternam?* N. Christus enim nobis illam est meritis.

50. *Cur vita æterna dicatur merces?* Non ratione nostri, sed propter meritum Christi. Est itaque vere merces, nimirum euangelica.

51. *Vnde possumus esse certi de vita æterna?* Ex ipsius præludijs: quæ summam sunt duo, videl. gaudium ineffabile quod spiri-

uis

QVA

is S. accend  
tum sancti

52. Quo  
ominis vel  
uo. Nam  
ummatur.

53. Quo  
um reuera  
dum affecti  
sed nō viu  
turæ uiuent

54. Quo  
paritur à D  
per pœnam  
conspectu  
non remissu

55. Quo  
nam? Si mo  
nica causæ se  
tur creatura

56. Quo  
dus? Inter  
partim mel  
bit locum i  
condite præ  
hec in illis  
dum e

tus S. accendit in cordibus nostris, & studium sanctitatis.

52. *Quid sit mors aeterna?* Est separatio hominis vel angeli à Deo, Ejus gradus sunt duo. Nam hic inchoatur, in inferno consummatur.

53. *Quomodo damnati dicantur mori, cum reuera uiuant?* Viuunt quidem secundum affectionem creaturæ uiuentis in sese; sed nō uiuunt secundum affectionem creaturæ uiuentis in Deo.

54. *Quot modis creatura rationalis separatur à Deo?* Duobus, 1. per peccatum, 2. per pœnam, qua Deus abjicit creaturam à conspectu & fauore suo propter peccatum non remissum.

55. *Quomodo effugiamus mortem aeternam?* Si moriamur peccato. Id enim est unica causa separationis illius, qua excluditur creatura rationalis à fauore Dei.

56. *Quomodo interiturus sit hic mundus?* Interitus ille erit partim annihilatio, partim melioratio, ut loquuntur. Illa habebit locum in illis mundi partibus, quæ sunt conditæ propter vitam hominis animalem; hæc in illis, quæ sunt conditæ ad hunc mundum essentialiter constituendum.

2. Petr. 3. v. 10. 11. 12.

ME.

## *Methodus huius Libelli.*

**S**ed finis sit quaestionum; in quibus colligendis an seligendis adhibuimus iudicium, sicut in resoluendis conscientiam. Quod attinet ad methodum huius libelli, eam paucis ita ostendo.

Homini Christiano nihil prius, nihil antiquius esse debet, quam cura religionis.

*cap. I.*

Religio docetur in theologia *cap. 2.* idque vel breuiter in catechesi *c. 3.* & *seqq usq ad 10.* vel fusa in Scriptura sacra *c. 10.*

Scripturae sacrae dogmata sunt de Deo *c. 11.* vel de actionibus Dei; quae spectantur in genere *c. 12.* vel in specie, ut sunt decreta *c. 13.* & executio decretorum, eaque in creatione *c. 14.* & gubernatione, quae consideratur in genere *c. 15.* & in specie, quantum ad angelos *cap. 16.* & hominem, secundum statum innocentiae, miseriae, gratiae, & gloriae.

Status innocentiae exponitur *c. 17.*

Status miseriae spectatur in se *c. 18.* & aliqua ipsius releuatione quantum ad liberum arbitrium *c. 19.* legem *c. 20.* magistratum politicum *c. 21.* & conjugium *c. 22.*

Status gratiae consideratur in genere *cap.*

*23. &*

QVA  
 & in speci  
 ed est fo  
 mulgati  
 nad libe  
 um libe  
 med a f  
 generati  
 mnum  
 nificat  
 adoptio  
 um verbi  
 nsideran  
 antum a  
 ptismu  
 Status g

50



2. & in specie, quantum ad fundamentum,  
 quod est foedus gratiæ *cap. 24.* quantum ad  
 promulgationem in Euangelio *c. 25.* quan-  
 tum ad liberatorem *c. 26.* quantum ad po-  
 pulum liberatum *c. 27.* denique quantum  
 ad media salutis interna & externa. Ibi sunt  
 regeneratio *c. 28.* pœnitentia *c. 29.* fides *c. 30.*  
 communis sanctorum *c. 31.* justificatio *c. 32.*  
 sanctificatio *c. 33.* libertas Christiana *c. 34.*  
 & adoptio *c. 35.* hic est vocatio per ministe-  
 rium verbi *cap. 36.* & sacramentorum; quæ  
 considerantur in genere *cap. 37.* & in specie,  
 quantum ad V. T. *cap. 38.* & nouum, ubi est  
 baptismus *c. 39.* & S. Cœna *c. 40.*

Status gloriæ est *c. 41.*

**SOLI DEO GLORIA.**

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text in a cursive script, likely a library or archival stamp, including the words "Exeg. 6" and "1041 m".

